Copia deceſſit pluribus indigeo
Hec mea debilitas etas me expoliauit
Cōmoda nulla facit arſꝗ laborꝗ michi
Si modo noſtra tibi prodeſſe iuuamia ſētis
Dep̄cor vt pateat hinc michi veſtra domus

Pamphilus loquitur Ano.

ūc tibi nr̄ā domus ⁊ cetera nr̄ā patebūt
Sitꝗ ſub imperio copia noſtra tuo
Multū grata michi mō nos cōcordia iunxit
Pactaꝗ ſollicitet inter vtrumꝗ fides
Hinc p̄cor vt vigilet ſolertia veſtra laborꝗ
Et ratione ſua rem bene prouideat
Principiū fineqꝫ ſimul prudentia ſpectat
Rerū finis habet crimen ⁊ omne decus
Verbi principiuꝫ verbi quoqꝫ conſpice finē
Vt melius poſſis premeditata loqui

Anus loquitur intra ſe audiente galathea.

Ac manet ī villa nimiū formoſa iuuētus
Creſcit ⁊ in cūctis moribus ipſa bonis
Non fuit in noſtro melior nec dulcior euo
Suſcipit ipſe meam tam bene pauperiem
Precellit cūctos omni bonitate coeuos
Pamphilus ⁊ laudibus ſocios exſuperat
Eſt ſtulto ſtultus eſt miti mitis et agnus
Stulticie ſapiens iure reſiſtit homo
Nō manet hac tāte pubes probitatis ī vrbe
Quas acquirit opes non vorat ingluuies
Eſt nimis ille probus bona nā fuit eius ori
Arbore de dulci dulcia poma cadunt go
Premōſtrat ſignis prolem natura frequēter
Sepe ſolet filius ſimilis eſſe patri

Inſequitur leuiter filia matris iter
En iuxta portam video ſtantem galatheam
Queqʒ locuta fui forſitan audierat

Anus loquitur galathee.

Ic nō eſſe mō quenq̄ galathea putaui
Sed tamē ipſa nimis vera locuta fui
Pamphilus hac certe pre cūctis pollet ī vrbe
Egregie vitam prouidet ipſe ſuam
Illi ſemper honor ꝛ laus ꝛ gloria creſcit
Et merito nullus inuidet inde ſibi
Eſt nimiū locuples ſed nō tamē ip̄e ſupbit
Illius ꝛ nullum copia amicus habet
Eſſet vt ille tuus vellez galathea maritus
Hec eadem velles rem bene ſi ſaperes
Velle meū dixi ſed non tamen ipſe rogauit
Vos ſimul eſſe meum iudicat arbitrium
Et genus ꝛ probitas ꝛ forma decēs vtriuſqʒ
Mecum cōcedunt. vos ſimul eſſe duos
Noſtra modo vacuis deducimus ocia verbiſ
Res tamē interdū gaudia parua mouet
Ex minima magnus ſcintilla naſcitur ignis
Et generant paruū gaudia principiū
Mens mea concepit harū precordia rerum
Atqʒ loqui noſtris cepimus inde iocis
Sed ſi nō ī hijs tua mēs animuſqʒ mouetur
Si placet an potius diſplicet inde loqui
Deprecor vt dicas quod dixeris ipſa tacebo
Si celare velis ſiue referre loquaris
Dic michi ne dubites ſtultū depone pudorez
Hic venit a ſola ruſticitate pudor

Galathea reſpondet ano.

On michi ruſticitas ſtultus michi nec pudor obſtat
Sermo: ſed admiror quo vēit iſte tuuſ
Nunc miror ſi te tranſmiſit caſus: an ille
Pamphilus: an querit premia ſermo tuus

Anus loquitur galathee

Emp iniquorū ſcelus ipedit acta bonorū
Penas ſepe luit quas homo nō meruit
Quāuis pauper ego nō ſic michi premia q̄ro
Nam ſibi ſufficiens eſt mea pauperies
Primitus vt dixi mea mēs cōceperat iſtud
Alter non nouit conſcius omnis abeſt
Hoc ſatis eſſe poteſt ſi vos ſimul ābo velitiſ
Hec ꝛ vterqʒ poteſt abſqʒ pudore pati
Nobilis ille q̄dē nec nobilis es minus ipſa
Eſt vtriuſqʒ ſatis nota propago michi
Pulcrior hic ſocijs ſociabus pulcrior ipſa
Cum ſpecie ſpecies conuenit atqʒ placet

Hec vtrūq; probat par copia parq; iuuētus
Famaq; ſi ſciret ipſa probaret idem
Cum pares eſtis ſociari iure poteſtis
Deficit in vobis nil niſi ſolus amor

Galathea reſpondet Ano.

Uod michi nūc dicis dici deberꝫ amicis
Aſſenſu quorū coniugis opto thorum
Hos prius alloquer. vel tu. vel pāphilus ipē
Res erit ad libitum pulcrior ipſa ſuum

Anus loquitur galathee.

Onuēit vt tuo ſit cōſenſu ſiue parentū
Sed tuus interea militet ignis ei
Exercet corda iuuenum venus ingenioſa
Quiſq; per hoc ſtudiuꝫ colligit ingeniū
Incitat hec animos dat largius odit auaros
Leticiam ſequitur triſticiamq; fugit
Narrat ꝙ nullus veneris ꝗtū valet vſus
Huic niſi parueris ruſtica ſemper eris

Galathea reſpondet Ano.

Et veneris morē virgo cito pdit honorē
Ingens ille furor neſcit habere modum

Nulla pte ſuos cernunt mea carbaſa portus
Nec ſentire poteſt anchora noſtra ſolum
Neſcit noſtra ſuam quo querat cura ſalutē
Fert galathea mei ſola doloris opem
Cauſa mee mortis hec eſt ꝙ cauſa ſalutis
Qua ſi non patiar tunc placet vt moriar

Anus loquitur pamphilo

Tulte ꝗd iſanis cur te dolor vrgꝫ ianis
Acquiret gemitus premia nulla tuus
Tempet ergo tuū modus ꝙ prudētia fletum
Terge tuas lacrimas proſpice quid facias
Concipit ingētes animos inanis egeſtas
Et facit hec hominem ſepius artificem
Ars hominū magnū ſuperat ſtudio periculū
Te labor arſq; vigil forte iuuabit adhuc

Pamphilus reſpondet ano

nis labor heu tantū poſſꝫ ſupare piculū
Spes mea tota pit iminet hora thori
Nec vincēte ſuo michi nubet ꝙ illa marito
Crimen legittimos eſt violare thoros
Ad nichilū prorſus meus ē labor iſte reductus
Et mea cura ſue perdidit artis opē
Nulla dies michi dabit nec nox vlla ꝗetem

Semper me miſerum vexat inanis amor

Anus loquitur pamphilo

Epius exigua labor igēs labitur hora
Ingēs ex paruis imbribus aura cadit.
Eſtq; ſerena dies poſt lōgos gratior imbres
Et poſt triſte malum gratior ipſa ſalus
Tu modo reſpira dolor abſit fletus ⁊ ira
Sunt prope magna tue gaudia triſticie
Noſtrum velle tua nobis faciet galathea
Nam nimium noſtris ſe dabit imperijs

Pamphilus reſpondet ano

T pia promiſſis matrū ſolertia vanis
Plorātes pueros admonēt vt taceant
Sic me fortaſſis falſo ſolamine paſcis
Ut dolor a triſti pectore triſtis eat

Anus reſpondet pamphilo

Ccipitris volucer dilapſus ab vngue fe/
Anceps i cūctis hūc timet eſſe locis/roci
Hic me nulla tibi mentiri cura coegit
Omnia que dixi vera ſic inuenies
Pamphilus loquitur ano

I michi vera refers ⁊ verū retulit illa
Tūc dolor a noſtris cordibus ōis abeſt
Sed ſua nō ſēper ſequitur primordia finis
Inceptumq; caſus ſepe retardat opus

Anus reſpondet pamphilo

Urſus fatorū neſcit mēs vlla virorum
Solius eſt proprium ſcire futura dei
Deſperare nocet votū labor iprobus iplet
Arſq; vigil magnas ſepe miniſtrat opes

Pamphilus loquitur ano

Orte ſub ābigua ſpes ⁊ labor ōis habetur
Creſcit principio ſpes tñ ipſa bono
Noſcere nōne potes hec ſi me diligat an nō
Uix celare poteſt intimus cordis amor

Anus reſpondet pamphilo

Uꝫ loquor eius adeſt michi mēs aīuſq; lo/
Dulciter omē meū ſuſcipit eloquꝫ /quēdi
Curuat ⁊ ipſa ſuos circa mea colla lacertoſ
A te miſſa ſibi dicere verba rogat
Dumq; tuum nomē rationis nominat ordo

Nominis amonitu fit ſtupefacta tui
Dū verbis fruimur pallet rubetq; frequēter
Feſſaq; ſi taceo me mouet ipſa loqui
Hijs alijſq; modis cognoſcimus eius amorē
Nec negat ipſa michi cum ſit amica tibi

Pamphilus loquitur ano

Nunc mea ſpes p te ſucceſſus ſētit adeē.
Creſcit & auxilio gloria noſtra tuo
Improbus iterdū dubius labor expedit actuſ
Magnaq; tollit iners cōmoda ſegnicies
Quātūcūq; potes ceptum proſperare labora
Nec mora ſegnis opus differat vlla tuum

Anus reſpondet pamphilo

C reor ecce tibi p me tua vota pantur
Sed promiſſa michi res manet ī dubio
Eſt mēs noſtra ſuis cōtraria ſepe loquelis.
Nec factis ſequimur omnia que loquimur
Irrita venales fallunt promiſſa labores
Cum felix fueris nil michi forte dabis

Pamphilus reſpondet ano

Si ſcelus imēſuz ſi diues fallit egenuz

Te quoq; ſi fallam gloria nulla michi
Nec te nec quēq̄ mea vox prodidit vnq̄
Famaq; ſi queras crimine noſtra vacat
Eſtq; fides noſtri conſtās fiducia pacti
Que tibi tuta facit omnia que metuis

Anus loquitur pamphilo

Lebs timet īgenio ſupari ſepe potentez
Iura cadūt cauſa pauperis exigua
Eſt vbiq; fides priſco ſpoliata colore
Que tegitur ſceleris artibus innumeris
Nulla fortuna tñ poteſt obſiſtere factis
Dat mare ſepe metus nulla pericula tamē
Que promiſiſti fortune munera mando
Si que promiſi dona tamen capies
Conuenit vt vadam nunc exorare puellam
Si placet vt veniat huc tibi ſola loqui
Si vos veſtra ſimul ſolertia collocat ābos.
Et locus affuerit te precor eſſe virum
Mēs animuſq; manet incōſtās ſēp amātis
Paruaq; forte tibi quod petis hora dabit

Anus loquitur galathee

Occultare neq̄t ſua lumīa maximus ig/
Occultare poteſt nec ſua vota venuſ nis

Omnis veſtrarū michi rerū pāditur ordo
Quarū mēte memor vix teneo lacrimas.
Nūc cognoſco ſatis ꝙ nō ſapiēter amatis
Res eſt ipſa ſue nuncia ſtulticie
Pallida furtiuum facies manifeſtat amorē
Atqꝫ labore graui iam turbida facta tuis
Pāphilus ille miſer miſer ē omnibus horis
Quem male duricia capit iſta tua
Nocte diuqꝫ ſatis pueriliter ille laborat
Nō ſibi multa refert ſemina durus ager
Quis niſi mētis iops ſua ſeia mādat arēne
Cum mercede labor gratior eſſe ſolet
Hūc tua forma prius ⁊ poſt tua ligua fefellit
Hiſqꝫ duobus eū vulnerat acer amor
Vt promiſiſti ſibi non medicina fuiſti
Sepeqꝫ ſibi grauior affuit ille dolor
Nūc ope plaga caret dolor eius ſēp habūdat
Et licet ipſa taces te quoqꝫ flāma grauat
Plaga mali certe pit inconfeſſa ꝑnecemqꝫ
Vos quoqꝫ tectus amor ſepe grauare ſolet
Ergo quid inde velis celeri circūſpice mēte
Et tibi ſunt animi nuncia verba tui

Galathea reſpondit ano

E p̄mit igniferus venus iproba· /ſepius
Et michi vi faciēs ſēp amare iubꝫ /armis

Me iubet ecōtra metus ⁊ pudor eſſe pudicā
Hiſqꝫ coacta meum neſcio conſilium

Anus loquitur galathee

It timor iſte procul hic nō ē cā timoris
His rebus nunꝙ proditor vllus erit
Vt tuus exiſtat cōiūx modo pāphilus optat
Nititur omnis ad hec cura laborqꝫ ſuus
Mille mois acris habitus michi prodidit ig
Cū michi flēs acriter talia verba refert nis
Eſt galathea michi dolor ⁊ medicia doloris
Hec dare ſola poteſt vulnus opemqꝫ michi
Illius ad lacrimas pietas me flere coegit
Et tamen in tacito pectore leta fui
Omnia cernebā fieri ſicut ipſa volebam
Ardentes ſenſi vos ſimul igne pati
Ledere flāma ſolet p̄cor ipſa percipe votis
Voſqꝫ duos mecū iungere poſſit amor

Galathea reſpondet ano

Vod petis affecto nichil hoc michi carius
Si meus ānueret iſtud vterqꝫ parēs /eſſꝫ
Iſtud enim noſtro fieri non conuenit vſu
Si bene vellemus nec locus eſſet ad hoc
Nā mecū mater cuſtos michi ſēp habetur

Totaqz me ſeruat nocte dieqz domus

Anus loquitur galathee

Ingenioſus amor portas ⁊ clauſtra relax/
Vincit q̄cquid obeſt ingenioſus amor at
Vanos depone metus pueriles corrige ſēſus
Mecū dulcis amor te petit vt venias

Galathea reſpondet ano

O mō facta michi furtiue conſcia mētis
Huius ⁊ es melior pars michi cōſilij
Vt michi conſilium deprecor vtile dones
Quod te non pudeat conſuluiſſe michi
Eſt ſcelus atqz nephas ſeducere ſepe puellas
Hinc decus ⁊ magnū crimē habere potes

Anus loquitur galathee

Iam pudibūda tegā famā copiāqz loq̄cez
Nec mea facta negant conſuluiſſe tibi
Nūc q̄cūqz velit meus hic contrarius eſſe
Proferat hijs rebus ſi quid obeſſe poteſt
Viribus totis veniat contendere mecum
Aut victus taceat aut modo victor eat
Quam citius mecum ratio cōpeſceret illuz

Cum racione nichil diceret ipſe michi
Vir bonus ⁊ pulcer genus altū copia grādiſ
Dulcis amor noſtri pars erit auxilij
Fama loquax taceat non murmur iniquuz
Abſqz pudore ſuas res habet iſta vias.

Galathea reſpondet ano.

Heus in q̄ntis animus verſatur amātis
Quē timor hac illac pellit amorq̄z grauis
Hij duo diſcordes me nocte dieq̄z fatigant
Eſſe quod optat amor hoc vt vetat ip̄e timor
Quid faciat neſcit ſemper p̄ deuia currens
Errat ⁊ errando vulnus amoris alit
Me ſibi ſubdit amor illi licet vſq̄z rebellem
Meqz repugnantem fortius vrit amor
Sic afflicta diu caſſo quoqz feſſa labore
Meſte loquor q̄p ſic viuere malo mori

Anus loquitur galathee.

Et maiora ſuo ſurgant incendia motu
Illis repugnando maior et ira furit
Sic venus ipſa ſuis ipſa ſibi noxia bellis
Surgit in oppoſita vulnera lite fouet
Nō potes ergo tuis bellis extinguere flāmas
Sed cum pace tuus mitior ignis erit

Imperiū veneris fac dū ſua miles haberis
Ne tibi ſit dampno liſꝙ laborqꝫ tuus
Inſipiens temere male perdis gaudia vite
Teqꝫ dieſqꝫ tuos noxius error habet
Tantum mente vides vultū abſentis amici
Nocte dieqꝫ tuos nec minus ipſe videt
Alter in alterius fert tantū lumina vultus
Res dabit ambobus iſta moderando necem
Sed reor hoc quod amas leuiter depellere
Huius diſſidij mors fera finis erit   Leuras
Parce iuuētuti complectere gaudia vite
Leta decet letis paſcere corda iocis
Et modo ſola veni pauliſper ludere mecum
Hec tibi noſtra domus poma nuceſqꝫ dabit
Vix erit iſte meus ſine fructibus āgulus vnꝙ̄
De quibus ipſa frui quolibet fructu potes
Sꝫ mō neſcio q̄s vir tā fortiter hoſtia mouit
Vir fuit aut ventus ſed reor eſſe virum
Eſt homo ꝑ quoddā nos reſpicit ecce foramē
Pamphilus eſt. vultus ſi bene noſco ſuos
Arte ſeram retro paulatim viqꝫ reducit
Ad nos ingreditur quid modo: ceſſo loqui

Anus loquitur pamphilo.

Vr furioſe fores cōfrigis pāphile noſtras
Emptas nempe meo deſtruis ere fores

Quid vis vel cuius veniſti nuncius ad nos
Dicere ſi quid habes dic celer atqꝫ redi

Hic pamphilus Galatheam amplexatur.

Galathea mee ſuper oīa cauſa ſalutis
Da michi poſt lōgas baſia mille moras
Nec tū his ſūptis ſiciens meus amor abibit
Sed creſcit placidis acrius ipſe iocis
En ego tota meis mea gaudia claudo lacer
En cōplector onus dulce piūqꝫ michi   Ltis
Huc mea direxit felix veſtigia caſus
Nam tenet iſte locus id quod amo melius

Anus loquitur galathee.

E vicina vocat loq̄r illi iāqꝫ reuertar
Nā nimis hoc vereor huc mō ne veniat
Quid clās. propero veniēs hec hoſtia claudo
Nullus enim remanet hic niſi ſola domus
Me mea cura tenet michi dicito quid vis
Me tecū longas non licet ire vias

Pamphilus loquitur galathee

Llocuſꝙ

N modo dulcis amor viridiſqꝫ iuuētus
Nos galathea monēt paſcere corda iociſ

En laſciua venus nos ad ſua gaudia cogit
Inqꝫ ſuos vſus nos iubet ire ſimul
Quid moror huius operis ſupplex tua vota
Tu patiēs facti deꝑcor eē mei   req̄raꝫ

Pamphilo luctante galathea dixit

fatigas
Amphile tolle manus te nēpe fruſtra
Nil valet iſte labor quod petis eē neq̄t
Pāphile tolle manus male nūc offēdiſ amicā
Jamqꝫ redibit anus pāphile tolle manus
Heu michi quā ꝑuas habet ois femina virel
Quā leuiter noſtras vincis vtraſqꝫ manus
Pāphile noſtra tu o cur pectora pecto re ledis
Quod ſic me tractas eſt ſcelus atqꝫ nephas.
Deſine clamabo quid agis male detegor a te
Perfida me miſeram iamqꝫ fefellit anus
Surge precor noſtras audit vicina lites
Que tibi me tradidit non bene fecit anus
Vlterius tecum me non locus iſte tenebit
Nec me decipiet vt modo fecit anus
Huius victor eris facti licet ipſa reluctet
Sed tamē inter nos rumpitur omnis amor

Pamphilus loquitur galathee.

Os modo paulisꝑ q̄eſcere cōuenit ābos

Donec facto curſu noſter anhelet equus
Cur male dilecto reſpectum luminis offers
Curqꝫ lauas lacrimis flebilis ora tuis
Sum reus ex toto mō quaſlibet cape penas
Et maior meritis pena ſit iſta meis
Et quecūqꝫ velis patiēs ad verbera preſto
Hortanturqꝫ ſequi facta nephanda michi
His furor intonuit rabieſqꝫ libidinis arſit
Juſtitit hortator his michi ſeruus amor
Fomentū ſceleris michi principiūqꝫ dedere
Verbula complexus baſia grata iocis
Ardentes oculi caro candida vultuſqꝫ herilis
Aut modo ſim liber aut ratione reus
Et modo iudiciū ſi vis veniamus ad equū
Sic peccaſſe tamen non mea culpa fuit
Iſte meos ſenſus ſubuertit peſſimus amor
Per quem noſtra tibi gratia ſurda fuit
De quibus accuſor merito culpabilis eſſes
Fons huius fueras materieſqꝫ mali
Tam grauis ira duos nō cōueit iter amicos
Sed ſi forte venit ſit tamen ipſa breuis
Semp amās delicta pati bene debet amātis
Culpe communis fer patienter onus
En remeabit anus triſtes ꝑcor exue vultus
Ne nos per lacrimas ſenſiat eſſe reos

Anus remeat dicens

Nte fores vacuis tenuit me femia nugiſ
Que marcũ proprio vinceret eloquio
Cur galathea tuo corrũpis lumina fletu
Quẽ michi demõſtras hic color vnde venit
Abſens dũ fueram quod tecũ pãphilus egit
Te galathea precor ordine cuncta refer

Galathea reſpondet ano

Onuẽit vt nrõs q̃ras quaſi neſcia caſus
Cũ res conſilijs facta ſit ipſa tuis
Fructibus ipſa ſuis q̃ ſit cognoſcitur arbor
Tuqȝ michi factis noſceris ipſa tuis
Poma nuceſqȝ dare michi nõ bñ diſpoſuiſti
Cũ tuas ipſe fuit pãphilus ante fores
Ut locus eſſet ad hoc tua te vicina vocauit
Quo ſpoliata forem virginitate mea
O q̃ magna foris te facit cauſa morari
Quam bene veſtra ſuas ars tegit inſidias
Implevere ſuos ars ⁊ fallacia curſus
In laqueum fugiens cecidit ecce lepus

Anus reſpondet galathee

Ncrepor iniuſte procul hoc mihi crimẽ
Qua rõe velis me ſatis expediã /abeſſe
Etatis noſtre male nomẽ criminis huius

Conuenit ars tanti nec ſtudio ſamali
Siqua tamẽ cõcepta iocis cõtentio vobis
Contigit.abſentiqȝ michi culpa fuit
Sit quodcũqȝ põt nichil ad me lis vtriuſqȝ
Quaȝ mouit inſipiẽs non ego veſter amor

Anusloquitur pamphilo.

Ic tamẽ ignoti pãphile ſeriẽ michi facti
Huius origo mali ne ſit operta michi

Pamphilus reſpondet ano.

Rguor e minima ſi ſcires ordie culpa
Eſtqȝ michi meritis durior ita meis
Sed decet archanũ celare ſemper amorem
Nam dixiſſe pudet cum dolor omnis abeſt
Tantum ſe viuere rixas tibi conuenit ire
Quod ſupereſt inter nos conuenit eſſe duos

Galathea loquitur pamphilo.

Amphile dic illi nrõs q̃ſi neſciat actus
Rem vt percipiat qualiter iſta venit
Quod tibi conſuluit a te quaſi neſcia querit
Ut videatur in hoc nõ nocuiſſe michi
Artibus innumeris michi deuia plura paſti

Sed tamen iudicijs res patet ipſa ſuis
Sic piſcis curuum iā captus percipit hamū
Sic auis humanos capta videt laqueos
Sed modo quid faciā fugiā captiua ꝑ orbez
Hoſtia iure michi claudunt vtriqz parentes
Metior hac illac oculis vagantibus orbem
Lete tamen miſere ſpes michi nulla venit

Anus reſpōdet galathee

T grauiter doleat nō ꝑtinet ad ſapientē
Cum dolor ad dn̄am p̄mia nulla ferat
Hoc moderāter habe repare quod neq̄t' arte
Cum male perſuaſit immoderatus amor
Cōuenit ad veſtros modus ⁊ prudētia caſus
Quodqꝫ ſequi deceat querere conſilium
Mordet eni grauiter diſcordia pectus amātiſ
Et fouet in bellis vulnera ſepe ſuis
Que bene vos foueat placidā concedit vitaz
Hec tua ſit cōiunx vir ſit et iſte tuus
Per me votorum ſit cōpos vterqz ſuorum
Per me felices eſtote mei memores

Explicit amorē pertractās pamphili codex

Cato ⁊ contemptus.

CUm aīaduerterē ꝙ plurimos hoīes grauiter errare in via morum. Suc-currendū ⁊ cōſulendū opinioni eorū fore exiſtimaui. Maxime vt glorioſe viuerēt ⁊ honorē contingerēt. Nūc te fili kariſſime docebo quo pacto mores tui animi componas. Igitur p̄cepta mea ita legito vt intelligas. Legere enī ⁊ nō intelligere negligere eſt. Itaqꝫ deo ſupplica. Parentes ama. Cognatos cole. Datū ſerua. Foro te para. Mutuum da. Cuꝫ bonis ambula. Cui des videto. Anteq̄ voceris ad cōſiliū ne acceſſeris. Cōuiua raro. Mūdus eſto. Quod ſatis eſt dormi. Saluta libēter. Cōiugem ama. Maiori ſede. Iuſiuranduꝫ ſerua. Magiſtrum metue. Vino te tempera. Verecūdiam ſerua. Libros lege. Quod legeris memēto. Pugna pro patria. Rem tuam cuſtodi. Diligentiā adhibe. Liberos erudi. Nil temere credideris. Meretricē fuge. Familiam cura. Iraſci ab re noli. Neminem irriſeris. Bonis benefacito. Litteras diſce. In iudicium adeſto. Ad p̄torium ſtato. Virtute vtere. Tute cōſule. Maledictus ne eſto. Trocho lude. Aleas fuge. Exiſtimationem retine. Equum iudica. Nil mentire velis. Parentes pacienter vince. Minorem ne contēpſeris. Beneficij accepti memor eſto. Pauca in cōuiuio loq̄re. Minime iudica. Miſerum noli irridere. Alienū noli cōcupiſcere. Illud ſtude agere quod iuſtū eſt. Nil arbitrio feceris, Libenter amorem ferto,

I de⁹ ē anim⁹ nobis vt carmīa dicūt:
Hic tibi p̄cipue ſit pura mente colēdus.
Plus vigila ſemꝑ: ne ſōpno dedit⁹ eſto:
Nam diuturna quies vicijs alimēta miniſtrat.
Virtutē primā eſſe puto compeſcere linguam.
Proximus ille deo eſt qui ſcit ratione tacere.
Sperne repugnādo tu tibi contrarius eſſe.
Conueniet nulli: qui ſecum diſſidet ipſe.
Si vitā inſpicias hominū ſi deniqȝ mores:
Cum culpant alios nemo ſine crimine viuit.
Que nocitura tenes q̄uis ſint cara relinque:
Vtilitas opibus preponi tempore debet.
Conſtans ⁊ lenis vt res expoſtulat eſto.
Temporibus mores ſapiēs ſine crimine mutat.
Nil temere vxori de ſeruis credē querenti:
Sepe etenim mulier quem coniunx diligit odit.
Cūqȝ mones aliquem: nec velit ipſe moneri:
Si tibi ſit carus noli deſiſtere ceptis.
Contra verboſos noli contendere verbis:
Sermo datur cunctis animi ſapientia paucis.
Dilige ſic alios vt ſis tibi carus amicus:
Sic bon⁹ eſto bonis: nec te mala dāna ſeq̄ntur.
Rumores fuge: ne incipias nou⁹ auctor haberi
Nam nulli tacuiſſe nocet: nocet eſſe locutum.
Spem tibi promiſſam certā promittere noli:
Rara fides ideo quia multi multa loquūtur.
Cum te aliquis laudat: tuus iudex eſſe memēto:
Plus alijs de te q̄ tu tibi credere noli.

Officium alterius multis narrare memento:
Atqȝ alijs cum tu benefeceris: ipſe ſileto.
Multorum cū facta ſenex aut dicta recenſes:
Fac tibi ſuccurrant: iuuenis que feceris ipſe.
Ne cures ſi quis tacito ſermone loquatur:
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.
Cum fueris felix: que ſunt aduerſa caueto.
Non eodem curſu reſpondent vltima primis.
Cum dubia ⁊ fragilis ſit nobis vita tributa:
In morte alterius ſpem tu tibi ponere noli.
Exiguum munus cū det tibi pauper amicus:
Accipito placide: ⁊ plene laudare memento.
Infantem nudum cum te natura creauit:
Paupertatis honus pacienter ferre memento
Ne timeas illam que vite eſt vltima finis:
Qui mortem metuit perdit quod viuit id ipſum.
Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus:
Incuſare deum noli: ſed te ipſum coherce.
Ne tibi quid deſit: queſitis vtere parce:
Atqȝ quod eſt ſerues: ſemper tibi deeſſe putato.
Quod preſtare potes: ne bis promiſeris vlli.
Ne ſis ventoſus: dum vis bonus ipe videri.
Qui ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicus
Tu quoqȝ fac ſimile: ſic ars deluditur arte.
Noli homines blando nimiū ſermone probare:
Fiſtula dulce canit volucrē dū decipit auceps.
Cū tibi ſint nati: nec opes: tunc artibus illos
Inſtrue: q̄ poſſint inopem defendere vitam.
Quod vile eſt carū: quod carū vile putato:
Sic tibi nec cupidus: nec auarus noceris vlli.

Que culpare ſoles:ea tu ne feceris ipſe:
Turpe eſt doctori:cum culpa redarguit ipſum.
Quod iuſtū eſt petito:vel qđ videatur honeſtū:
Nam ſtultū eſt petere:quod poſſit iure negari.
Ignotum tu tibi noli preponere notis:
Cognita iudicio conſtant:incognita caſu.
Cum dubia in certis verſatur vita periclis:
Pro lucro pone diem quecūqꝫ laboras.
Vincere cum poſſis:interdum cede ſodali:
Obſequio quoniā dulces retinentur amici.
Ne dubites cū magna petas ipendere parua:
Hijs etenim rebus cōiungit gratia caros.
Litem inferre caue:cū quo tibi gr̄a iuncta eſt.
Ira odiū generat:concordia nutrit amorem.
Seruorum culpis cum te dolor vrget in iram:
Ipſe tibi moderare:tuis ut parcere poſſis.
Quē ſuperare potes:interdum vince ferendo:
Maxima etenim morū ſemper paciēcia virtus.
Conſerua potius que ſunt iam pta labore:
Cū labor eſt in dānis:creſcit mortalis egeſtas.
Dapſilis interdum notis ⁊ caris amicis:
Cum fueris felix ſemper tibi proximus eſto.
Elluris ſi forte velis cognoſcere cultus:
Virgiliū legito:qđ ſi mage noſſe laboras:
Herbarum vires macer tibi carmine dicet.
Si romana cupis ⁊ punica noſcere bella:
Lucanum queras:qui martis prelia dicit.
Si quid amare libet:vel diſcere amare legendo:
Naſonem petito:ſin autem cura hec eſt.
Vt ſapiens viuas:audi que dicere poſſis:

Per que ſemotum vicijs deducitur euum.
Ergo ades:⁊ que ſit ſapiencia diſce legendo.
Si potes ignotis etiam prodeſſe memento.
Vtilius eſt regno:meritis acquirere amicos:
Mitte archana dei:celum inquirere quid ſit:
Cum ſis mortalis:q̄ue ſunt mortalia cura:
Linque metum leti:nā ſtultū eſt tēpore in omi:
Dum mortem metuis amittis gaudia vite.
Iratus de re incerta contendere noli:
Ira impedit animum:ne poſſit cernere verum.
Fac ſumptum propere cum res deſiderat ipſa:
Dandū eteni ē aliqđ:cū tēpus poſtulat aut res
Quod nimiū eſt fugito paruo gaudere memento:
Tuta mage pupis eſt:que modico flumie fert.
Quod pudeat ſocios prudens celare memēto:
Ne plures culpent:id quod tibi diſplicet vni.
Nolo putes homines prauos peccata lucrari.
Tēporibus peccata latent:⁊ tempore patent.
Corporis exigui vires contēnere noli:
Conſilio pollet:cui vim natura negauit.
Quem ſcieris nō eſſe parem tibi tēpore cede:
Victorem a victo ſuperari ſepe videmus.
Aduerſus notum noli contendere verbis:
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.
Quid deus intendat noli perquirere ſorte:
Quod ſtatuit de te ſine te deliberat ipſe.
Inuidiam nimio cultu vitare memento:
Que ſi non ledit:tamen hāc ſufferre moleſtū eſt
Eſto animo forti:cū ſis dānatus inique.
Nemo diu gaudet:qui iudice vincit iniquo.

Litis preterite noli maledicta referre:
Poſt inimicicias irā meminiſſe malorum eſt.
Nec te collaudes: nec te culpaueris ipſe:
Hoc faciunt ſtulti: quos gloria vexat inanis.
Utere queſitis modice: cum ſūptus habundat.
Labitur exiguo quod ptūm eſt tēpore longo.
Inſipiens eſto: cum tempus poſtulat. aut res.
Stulticiam ſimulare loco ſumma prudencia eſt
Luxuriam fugito: ſimul ⁊ vitare memento
Crimen auaricie: nam ſunt contraria fame.
Noli tu quidem referenti credere ſemper:
Exigua ē tribuēda fides: q̄a multi mlta loquūt.
Quod potu peccas: ignoſcere tu tibi noli:
Nam nullū crimen vini eſt: ſed culpa bibentis.
Conſilium archanum tacito committe ſodali:
Corporis auxilium medico committe fideli.
Succeſſus dignos tu noli ferre moleſte.
Indulget fortuna malis: vt ledere poſſit.
Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos:
Nam leuius ledit: quicquid preuidimus ante.
Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli:
Spem retine: vna ſpes hominē in morte relīqt.
Rem tibi quam noſcis aptam dimittere noli:
Fronte capillata poſt hec occaſio calua eſt.
Quod ſequitur ſpecta: quod imminet ante videto:
Illum imitare deum: qui partem ſpectat vtrāq;
Forcius vt valeas interdum parcior eſto:
Pauca voluptati debentur: plura ſaluti.
Iudicium populi nunq̄ contempſeris vnus:
Ne nulli placeas: dū vis cōtēpnere multos.

Sit tibi precipue quod primum eſt cura ſalutis:
Tempora ne culpes: cum ſis tibi cauſa doloris.
Sōpnia ne cures: nā mēs humana quod optat
Dum vigilat ſperat. ꝑ ſōpnum cernit idipſum.
Oc q̄cūq; velis carmē cognoſcere lector:
Hec precepta feras q̄ ſūt gratiſſima vite.
Inſtrue preceptis animum: ne diſcere ceſſes.
Nā ſine doctrina vita eſt quaſi mortis ymago.
Comoda multa feras: ſin aūt ſpreueris illud.
Non me ſcriptorem: ſed te neglexeris ipſe.
Cum recte viuas: ne cures verba malorum.
Arbitrij noſtri non eſt: q̄ quiſq; loquatur.
Productus teſtis (ſaluo tamen ante pudore)
Quantūcunq; potes: celato crimen amici.
Sermones blandos bleſoſq; vitare memento:
Simplicitas veri fama eſt: fraus ficta loquēdi.
Segniciem fugito que vite ignauia fertur:
Nā cū anim⁹ lāguet: cōſumit inhercia corpus.
Interpone tuis interdū gaudia curis:
Ut poſſis animo quemuis ſufferre laborem.
Alterius factum aut dictū ne carpſeris vnq̄:
Exemplo ſimili ne te derideat alter.
Quod tibi ſors dederit tabulis ſupma notato:
Augendo ſerua: ne ſis quem fama loquatur.
Cum tibi diuicie ſuperent in fine ſenecte:
Munificus facito viuas: non parcus amicis.
Utile conſilium dominus ne deſpice ſerui:
Nullius ſi prodeſt ſenſum contempſeris vnq̄.
Rebus ⁊ in cenſu ſi non eſt quod fuit ante:
Fac viuas contentus: eo quod tēpora prebent.

Uxorem fuge: ne ducas ſub nomine dotis:
Nec retinere velis: ſi ceperit eſſe moleſta.
Multorum diſce exemplo: que facta ſequaris
Que fugias vita nobis eſt aliena magiſtra.
Quod potes id tempta: opis ne pōdere p̄ſſus.
Succūbat labor: ⁊ fruſtra temptata relinquas.
Quod noſti factum non recte noli ſilere.
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato:
Ipſe etiam leges cupiunt: vt iure regantur.
Quod merito pateris: pacienter ferre memēto.
Cūq̄ꝫ reus tibi ſis: ip̄m te iudice dāpna.
Multa legas facito: ꝑlectis perlege multa.
Nam miranda canunt (ſed nō credēda) poete.
Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus
Ne dicare loquax: dum vis vrbanus haberi.
Coniugis irate noli tu verba timere.
Nā lacrimis īſtruit inſidias: dū femina plorat.
Utere queſitis: ſed ne videaris abuti.
Qui ſua conſumunt: cum deeſt aliena ſequūtur
Fac tibi preponas mortem non eſſe timendaꝫ.
Que bona ſi non eſt: tū finis illa malorū eſt.
Uxoris linguam ſi frugi eſt: ferre memento.
Nāq̄ꝫ malū eſt nō velle pati: nec poſſe tacere.
Dilige non egra caros pietate parentes.
Nec matrē offendas: dū vis bon⁹ eſſe parenti.
Ecuram quicūq̄ꝫ cupis producere vitā.
Nec viciis herere animū: q̄ morib⁹ obſūt
Hec p̄cepta tibi ſemꝑ relegenda memento:
Inuenies aliquid quod te vitare magiſtro.

Deſpice diuicias ſi vis animo eſſe beatus:
Quas qui ſuſcipiunt: mendicant ſemper auari.
Comoda nature nullo tibi tempore deerunt.
Si contentus eo fueris. quod poſtulat vſus.
Cum ſis incautus: nec rem ratione gubernes.
Noli fortunam (que non eſt) dicere cecam.
Dilige denarium: ſed parce dilige formam.
Quē nemo ſanctus nec honeſtus cupit habere.
Cum fueris locuplex: corpus curare memento.
Eger diues habet nūmos: ſed non habet ſeip̄m.
Uerbera cū tuleris dicens aliquando magiſtri;
Fer patris imperium: cum verbis exit in iram.
Res age que proſunt: rurſus vitare memento
In q̄b9 error ineſt: nec ſpes eſt certa laboris.
Quod donare potes: gratis concede roganti.
Nam recte feciſſe bonis: in parte lucroſum eſt.
Quod tibi ſuſpectum eſt: cōfeſtim diſcute q̄d ſit.
Nam que ſolent primo q̄ ſunt neglecta nocere:
Cū te detineat veneris dānoſa voluptas:
Indulgere gule noli: que ventris amica eſt.
Cum tibi preponas animalia cuncta timere:
Unum p̄cipio tibi plus hominē eſſe timendum.
Cum tibi preualide fuerint in corpore vires.
Fac ſapias aīo: ſic tu poteris vir fortis haberi.
Auxilium a notis petito ſi forte laboras.
Nec q̄ſquā melior medicus eſt: q̄ fid⁹ amic⁹.
Cum ſis ip̄e nocens: moritur cur victima pro te:
Stulticia eſt in mortē alterius ſperare ſalutem.
Cū tibi vel ſociū vel fidum queris amicum.
Non tibi fortuna hominis eſt: ſed vita petēda.

Utere queſitis opibus:ſed fuge nomen auari:
Quid tibi diuicie proſunt:ſi pauper habūdas.
Si famam ſeruare cupis dum viuis honeſtā:
Fac fugias animo:que ſunt mala gaudia vite.
Cum ſapias animo noli irridere ſenectā.
Nam quocūqꝫ ſene puerilis ſenſus in illo eſt.
Diſce aliquid:nā cū ſubito fortuna recedit:
Ars remanet:vitā que hominis nō deſerit vnq̄.
Proſpicito cuncta tacitus:ꝙ quiſqꝫ loquatur.
Sermo hominū mores celat:⁊ indicat idem.
Excerce ſtudium q̄uis perceperis artem:
Ut cura ingeniū:ſic ⁊ manus adiuuat vſum.
Multum venturi ne cures tempora fati:
Non metuit mortem:qui ſcit contēpnere vitā.
Diſce ſed a doctis:indoctos ipſe doceto:
Propaganda eteni eſt rerū doctrina bonarū.
Hoc bibe quod poſſis:ſi tu vis viuere ſanus:
Morbi cauſa mali nāqꝫ eſt quecūqꝫ voluptas.
Laudaris quocūqꝫ palā aut quocūqꝫ ꝓbaris.
Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine dāpnes.
Tranquillis rebus que ſunt aduerſa caueto:
Rebus in aduerſis melius ſperare memento.
Diſcere ne ceſſes:cura ſapiencia creſcit.
Rara datur longo prudencia temporis vſu.
Parce laudato:nam quem tu ſepe probaris:
Una dies qualis fuerit oſtendit amicus.
Ne pudeat ſocios q̄ neſcieris te velle doceri:
Scire aliquid laus eſt:turpe eſt nil dicere velle.
Cū venere ⁊ bacho lis eſt:ſꝫ iuncta voluptas.
Quod lautū eſt animo cōplectere:ſed fuge lites

Demiſſos animo ⁊ tacitos vitare memento:
Quo flumē placidū eſt forſan latet alti⁹ vnda.
Cum tibi diſplicegt rerum fortuna tuarum.
Alterius ſpecta ne ſis diſcrimine peior.
Quod potes id tempta:nam litus carpe remis
Tutius eſt multo ꝙ velū tendere in altum.
Contra hominē iuſtum praue contendere noli.
Sepe etenim deus iniuſtas vlciſcitur iras.
Ereptis opibus:noli merere dolendo:
Sed gaude potius:tibi ſi contingat habere.
Eſt iactura grauis que ſunt amittere dānis.
Sūt q̄dam que ferre decet pacienter amicum.
Tempora longa tibi noli promittere vite.
Nā quocūqꝫ igredieris:ſeq̄t mors corpis vmbrā
Thure deum placa:vitulū ſine creſcat aratro.
Ne credas placare deum:cum cede litatur.
Cede locum leſus:fortune cede potenti.
Ledere qui potuit aliquando prodeſſe valebit
Cum quid peccaris:caſtiga teipm ſubinde.
Uulnera dū ſanas dolor eſt medicina doloris.
Dānaris nunq̄ poſt longum tempus amicum:
Mutauit mores:ſed pignora prima memento.
Gracior officijs ꝙ ſis mage carior eſto:
Ne nomen ſubeas quod dicitur officiperdi.
Suſpectus caueas ne ſis miſer omnibus horis.
Nam timidis ⁊ ſuſpectis aptiſſima mors eſt.
Cū ſuos fueris ꝓprios mercat⁹ in vſus:
Et famulos dicas:homines tn̄ eſſe memento
Quā primū eſt rapienda tibi occaſio prima.
Nec rurſus queras:que iam neglexeris ante.

Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt:quorum ſine crimine vita eſt.
Cum tibi ſit coniunx:nec res ⁊ fama laboret.
Vitandum ducas inimicum nomen amici.
Cum tibi contigerit ſtudio cognoſcere plura.
Fac diſcas multa. vita nil velle doceri.
Miraris nudis verbis me ſcribere verſus.
Hec breuitas ſenſus facit coniungere binos.

Artula nr̄a tibi mādat dilecte ſalutes.
Pauca videbis ibi:ſꝫ nō m̄a dōa refutes
Dulcia ſunt anime ſolacia que tibi mando:
Sed proſunt minime:niſi ſerues hec operando.
Que mea verba monent:noli tradere vento:
Cordis in aure ſonent:⁊ ſic retinere memento.
Ut tibi grande bonū noſtri monitus operētur:
Perqꝫ dei donū tibi relica regna parantur.
Menti ſincere poſſunt hec verba placere.
Hoc iter oſtendit:quo mundi gloria tendit.
Ox diuina ſonat:ꝙ nemo ſpē ſibi ponat:
In rebus mundi que cauſā dāt ꝑeundi
Quiſquis amat xp̄m:mundū nō diligit iſtum;
Sed quaſi fetorem ſpernens illius amorem.
Eſtimat obcenū:qꝺ mundus credit amenum.
Totum vileſcit quicquid in orbe niteſcit.
Vitat terrenum:velut mortale venenum:
Abiectoqꝫ foris ſceuo carnalis amoris.
Ad regnum celi ſuſpirat mente fideli:
Jamqꝫ fide plena paradiſi ſperat amena
Tu quoqꝫ frater ita carnis contagia vita.

Ut placeas xp̄o mundo dum viuis in iſto.
Nec tibi ſint cure res ad nichilum redeiture.
Que cito labuntur magnoqꝫ labore petuntur.
Nec modo leteris quia forſan cras morieris
Nullus tā fortis cui parcant vincula mortis
Per nullā ſortē poteris repellere mortem.
Cur caro letatur q̇a vermibus eſca paratur.
Nunc locus eſt flendi:locus eſt peccata luendi
Poſtea gaudebunt q̇ nunc ſua crimina flebunt
Jam jam letetur qui gaudia ſūma meretur.
Gaudia ſtultorum cumulant augmēta dolorū.
Talia prudentes fugiunt ea deſpicientes
Cur cito nō ſpernis q̄ pretereuntia cernis.
Nōne vides mūdū miſerū nimis ⁊ moribundū.
Sub gladio dire mortis languendo perire
Mors reſecat:mors om̄e necat qꝺ carne creat.
Magnificos premit ⁊ modicos cūctis dn̄atur.
Nobiliū tenet imperium nullumqꝫ reueretur.
Tam ducibus q̄ ꝑncipibus mors cōis habetur
Mors iuuenes rapit atqꝫ ſenes nulli miſeretur
Illa fremit genꝰ oē tremit qꝺ in orbe mouetur.
Illa ferit tota caro perit dū ſub pede mortis.
Conteritur ⁊ nō eripitur vir robore fortis.
Cur igitur qui ſic moritur vult magnificari.
Cur nimias ſibi diuicias petit ille parari.
Inſtabiles ſumus ⁊ fragiles multiſqꝫ ruinis.
Atrahimur ſic jam trahimur ſub tempore finis
Pretereunt ⁊ non redeunt mortalia queqꝫ.
Hec ſtatio manet in dubio nocte dieqꝫ.
Vita breuis velut vmbra leuis ſic adnichilatur

Sic vadit ſubitoqꝫ cadit dum ſtare putatur.
Quis redimit duꝫ mors perimitqꝫ federa nūq̄.
Nec preciū nec ſeruiciū mors accipit vnq̄.
Sed quid plura loquar nulli mors īpia parcit.
Non euadit inops nec qui marſupia farcit.
Non igitur ceſſes que bona ſunt operari.
Nam mors nō ceſſat tibi nocte dieqꝫ minari.
Amplius in rebus noli ſperare caducis.
Sed cupiat tua mens eterna gaudia lucis.
Fallitur inſipiens vite preſentis amore.
Sed ſapiens ſcit q̄tum ſit plena dolore.
Quicquid formoſum mūdus gerit aut precioſū.
Floris habet morē cui dat natura colorem.
Mox vt ſiccatur totus color anichilatur.
Poſtea nec florem mōſtrat nec ſpirat odorem,
Regia mageſtas omnis terrena poteſtas.
Proſperitas rerum ſeries longinqua dierum
Tranſiet abſqꝫ mora cum mortis venerit hora.
Mūdi q̄d ſit honor cur nūc tibi ſcribere conor
Noſti quippe ſatis quia nil habet vtilitatis,
Inſpice ꝙ fragilis ꝙ fallax ꝙ ſit inanis.
Mundus ⁊ illius gloria[illegible] quam cupimus
Omne quod exoritur terra fit ⁊ moritur.
Predia terrarum poſſeſſio diuiciarum
Fabrica murorum grandis ſtructura domoruꝫ,
Gloria menſarum cum delicijs epularum,
Inſigneſqꝫ thori cupe ciphiqꝫ decori
Reſplendenſqꝫ veſtis moribꝰ obſtat honeſtis,
Grex armentorum ſpacioſus cultus agrorum,
Fertile vinetum diuerſa vite repletum,

Gloria natorum dilectio dulcis eorum.
Cuncta reliquūtur nec poſt hec nō inueniūtur.
Quod breuiter durat: q̇s prudēs q̄rere curat.
Non metuens hominē faciet mors aſpera finē
Rebus mundanis mendacibus ⁊ maleſanis.
Cauſa grauis ſcelerū ceſſabit amor mulierum.
Colloquium earum nichil eſt niſi virus amarū.
Prebens ſub mellis dulcedine pocula fellis.
Nam decor illarum laqueus fallax animarum.
Cum verbis blādis fallacibus atqꝫ nephādis.
Illaqueāt ſtultos ⁊ ferunt ad tartara multos.
Tempora tranſibūt ⁊ vana gaudia peribunt.
Et parient fructum triſtem per ſecula luctum
Omnibus hoc dico ne ſe ſubdant inimico.
Ne ſupplantetur qui captus in hijs retinetur.
Noli confundi miſera dulcedine mundi.
Nam ſua ducedo dilabitur homine fedo.
Que trepidas mētes ⁊ mollia queqꝫ ſequētes.
Fallit mulcendo carnē blādeqꝫ fouendo.
Poſtea finitur nec jam dulcis reperitur.
Sed fit amara nimis nō equans vltima primis
Et grauiter pūgit miſos quos primitꝰ vngit.
Nam ſic illuſos ⁊ ſemper mollibus vſos.
Dānatos digne poſt mortem mittit in ignē.
Atqꝫ voluptatem conuertit in anxietatem.
Et fit flāma furens illos ſine fine perurens.
Talia lucra ferent: ſtudijs qui talibus herēt.
Sed qui ſaluari vult perpetuoqꝫ beari.
Xp̄o deuotum ſtudeat ſe tradere totum.
Eius inherendo p̄ceptis ⁊ vim faciendo.

Qui ſcripturarū mōſtrant documenta ſacrarū.
Accipiet vere: qui vult hec iuſſa tenere.
Sedibus in letis eterna dona quietis.
Que cunctis dantur que deo corda famulātur
Hec eſt ſeruorum requies ⁊ vita ſuorum.
Gaudia qui preſtat tribulatio nulla moleſtat.
Gloria ſolēnis manet illic paxqꝫ perhēnis.
Semper honeſtatos ſemper beat eſſe beatos.
Quos recipit ſecum q̄a q̄uis iudicet equum.
Plura tñ dantur ſanctis q̄ꝑ promereantur.
Omnia dat gratis fons diuine pietatis.
Perqꝫ labore breui dona confert perpetis eui
Hijs qui ſaluātur ſic bona multa parantur.
Sic mala multa malis mors ꝑparat exicialis.
Iſti gaudebunt illi ſine fine dolebunt.
Nemo poteſt fari: nec cernere nec meditari.
Gaudia juſtorum ſed nec tormenta reorum.
Quā male fraudatur q̄ꝑ ſtulte ludificatur
Qui propter florem mundi vanumqꝫ decorem.
Qui prius apparet q̄ſi mors ⁊ protinus aret.
Cadit in infernū perdens diadema ſupernum.
Quod dn̄s donat cūctis quos ipe coronat.
Errat homo vere qui cū bona poſſit habere
Sponte ſubit penas infernaleſqꝫ cathenas
Huius amor mundi putei parat yma profundi.
Protinus extinctus moritur q̄ mittitur intus.
Nec venit ad metas mūdi mortis miſabil' etas.
Semꝑ ad yma cadit ſemꝑ mors obuia vadit.
Neſcia finiri ſemperqꝫ videntur oriri.
Semper vexando ſemꝑ gemitus renouando.

Ingerit ardores infinitoſqꝫ dolores.
Sunt ibi ſerpētes flāmas ex ore vomentes
A flatu quorum pereūt anime miſerorum.
Sunt ibi tortores ſerpentibus horridiores.
Deformes nigri ſed non ad verbera pigri
Nunq̄ꝑ laſſantur ſed ſemper hec renouantur.
Et male feruentes ſūt ad tormenta recentes.
Semper triſtati ſemperqꝫ ferire parati
Semper inardeſcunt: nec ceſſant nec req̄eſcunt.
Sic exercentur nec parcunt nec miſerentur.
Quā male dānantur q̄ꝑ fortiter excruciantur.
Qui fert tantorū feritatem ſuppliciorum.
Quid tunc theſauri quid aceruus proderit auri
Cum peccatores mittentur in inferiores.
Inferni latebras ignem pariterqꝫ tenebras.
Semper paſſuri nec ab hijs nunq̄ꝑ redituri.
Tunc flens ⁊ triſtis qui penis traditur iſtis.
Mallet preterite q̄ꝑ in omni tempore vite
Pauper vixiſſet. q̄ꝑ ſi diuicias habuiſſet.
Stat male ſecurus q̄ protinus eſt ruiturus.
Nec bene letatur cui pena dolorqꝫ paratur.
Non igitur cures gazas acquirere plures.
Gazas fallaces incertas atqꝫ fugaces.
Que magis optantur cū plenius accumulātur
Nec faciant mentem ſemꝑ majora petentem
Diuitie tales ſunt omnibus exitiales
Nam ſibi credentes faciunt miſeros ⁊ egentes.
Poſt carnis vitam ꝑ blandimenta nutritam,
Experteſqꝫ boni cito traduntur perditioni
Nemo tñ credat quod ab iſta luce recedat

Ignibus arſurus vel propter opes periturus.
Si proprium ſeruet ſi diuicias coaceruet.
Quāuis ſit rarū poterit poſſeſſor earum.
Juſte ſaluari fugiatqꝫ nomen auari.
Viuat prudenter gazas habeat ſapienter.
Non abſcondendo ſed egenis diſtribuendo.
Sed ſatis eſt notum ꝙ plus dimittere totum.
Prodeſt ꝙ̄ temere que ſunt incerta tenere.
Tutius eſt vere morſum fugiendo cauere.
Quā ꝓpter ſpentē procūbere virus habentem.
Sic eſt de mundo quare conſilium tibi do.
Quatinus hoc ſpreto te tradas pectore leto.
Seruicio xp̄i cui traditus ipſe fuiſti.
Hic tibi prebebit regnum quod fine carebit.
Huic ſi ſeruieris celſis opibus potieris.
Tollere quas fures nequeūt nec rodere mures.
Collige theſaurum qui gēmas vincit ⁊ aurum
Quere bonos mores theſauros interiores.
Gazas congeſtas p̄cellit mentes honeſtas.
Nā miſer eſt ⁊ erit qui mūdi gaudia querit.
Eſt diues vere q̄ cum bona poſſit habere.
Qui bonus eſt intus fidei munimine cinctus.
Semꝑ honeſtatis ſtudium tenet ⁊ probitatis.
Cum bona quis tractat cū ſe virtutibus aptat.
Si nichil eſt ſordis quod polluat intima cordis
Hijs delectatur dominus q̄ cor ſpeculatur.
Theſauris talis ſpecioſus ⁊ ſpiritualis.
Comparat eternā vitam patriamqꝫ ſupernā.
Congregat in celis theſauros quiſqꝫ fidelis.
Perqꝫ bonos mores ad ſūmos tēdit honores.

Nec mō vult fieri locuples nec magnꝰ haberi.
Sed ſemꝑ eſt minimus ſemꝑ deſpectus ⁊ ymꝰ.
Plus paupertatē cupiens ꝙ̄ proſperitatem.
Hoc ideo tollerat: quia celi gaudia ſperat.
Pauꝑ amabilis ⁊ venerabilis ⁊ bn̄dictus
Diues inutilis ⁊ miſabilis ⁊ maledictꝰ.
Qui bona negligit: ⁊ mala diligit: itrat abiſſum
Nulla pecunia nulla potētia liberat ipſum.
Jrremeabilis inſaciabilis illa vorago
Hec vbi mergitur horrida cernitur oīs ymago.
Hec cruciamina per ſua crimina promeruere.
Vir miſerabilis euaqꝫ flebilis hec ſubiere
Juſſa dei pia juſſa ſalubria ſi tenuiſſet
Vir neqꝫ femina nec ſua ſemina morte ꝑiſſent
Sed quia ſpernere iuſſaqꝫ ſoluere nō timuere
Mors grauis irruit. hoc merito fuit ⁊ periere.
Janua mortis paſſio fortis crimen eorum.
Attulit orbi ſemina morbi totqꝫ malorum.
Jlla parentes atqꝫ ſequētes culpa peremit.
Atqꝫ piarum deliciarum munus ademit
Flebile flatum dans cruciatum dāſqꝫ dolorem.
Jſta mereri perdere veri regis amorem
Tam lacrimoſa tanqꝫ peroſa morte perire
Atqꝫ ferorum ſuppliciorum clauſtra ſubire
Eſt data ſeuā cauſa per euam perditionis.
Dum meliorem ſperat honorē voce draconis.
Hec male cedēs nos quoqꝫ ledēs crimīe magno
Homine triſti ſubdidit iſti ſecula damno.
Stirps miſerorū plena dolorum poſtea creuit.
Hijs quoqꝫ dānis pluribꝰ annis poſtea fleuit.

Ed deus om̄ps q̄ verbo cūcta creauit.
Sic cecidiſſe dolēs hoīes quos ſp amauit
Ipſe ſuū verbū tranſmiſit ad infima mundi.
Exulibus miſeris aperire viam redeundi
Filius ergo dei deſcendit ab arce ſuperna.
Nunq̄ diſcedens a majeſtate paterna.
Qui corpus ſumens animatū munimine ſaluo
Proceſſit natus ſacra de virginis aluo.
Verus homo veruſqȝ deus pius ⁊ miſerator.
Saluator verus noſtreqȝ ſalutis amator
Viuendiqȝ volens nobis oſtendere normam.
Se dedit exemplum rectāqȝ per om̄ia formam.
Inſuper ⁊ multos voluit ſufferre labores.
Atqȝ dolore ſuo noſtros aufferre dolores.
Sponte ſua moriens mortē moriēdo peremit.
Et ſic perpetua miſeros a morte redemit
Quod non debebat ſoluens ita fons pietatis
Succurrit nobis mortali peſte grauatis
Pōdera noſtra ferēs penitus nos exonerauit.
Et q̄cquid crimen vetus obtulerat reparauit.
Nam de morte pia conſurgens vt leo fortis.
Reſtituit vitam poſtrato principe mortis
Sed domini pietas mundū non paſſa perire
Fecit nos miſeros ad gaudia ſumma redire
Hoc ſatis audiſti frater q̄ gratia xp̄i.
Sic nos ſaluauit: ſic perpetuoqȝ beauit.
Sic nos ſaluauit: noſtrūqȝ genus renouauit.
Sed q̄d lucratur credens qui nō operatur.
Hic male ſe ledit male viuens nō bn̄ credit.
Crede michi magnū facit illa fides ſibi dānum

Mortem mercatur quia mortua iure vocatur.
Hunc facit ipſa mori ſub iudicio grauiori
Quā ſine ceſſet fidei q̄ dogma fuiſſet.
Quod loquor eſt notū retinētibus vtile totum.
Frater id auſculta: venient tibi cōmoda multa.
Si retinere velis quia ſic eris ipſe fidelis.
Hanc per virtutem poteris ſperare ſalutem.
Atqȝ beatus eris ſi que bona ſunt opereris.
Ergo verborū ſemp̄ memor eſto meorum.
Cura tue mentis ſit ſemper in hijs documētis.
Si vis ſaluari ſemper ſtudeas imitari.
Vitam iuſtorū fugiens exempla malorum.
Illis iungeris quorum nunc facta ſequeris.
Elige ſanctorū conſorciam nō reproborum.
O q̄ ditantur qui celica regna lucrantur.
Sic exaltātur quia ſanctis aſſociantur.
Viuent iocundi qui ſpernunt gaudia mundi.
Qui carnis miſere norunt viciosa cauere
Sub pedibus quorū victus iacet hoſtis eoruȝ.
Hijs dabitur vere dominum ſine fine videre.
Angelicoſqȝ choros diuina laude ſonoros.
Cū q̄bus ante deū referūt cū laude tropheū.
Quod tibi nunc dico ſi ſerues corde pudico.
Hos inter cetus viues ſic tempore letus.
Sed miſeri flebūt: q̄a gaudia nulla videbūt.
Nunq̄ cū reproberis tribuatur porcio nobis.
Ad penas ibunt ⁊ ſine fine peribunt.
Mūdꝰ ad hāc partē trahit̄ p̄ demonis artem.
Iſtaqȝ dāna feret qui ſordibus eius adherēt.
Hijs igitur monitis tociens tactus repetitis.

Senſu diſcreto que ſūt aduerſa caueto.
Peruigili cura ſemper meditare futura.
Quā feraqꝫ fortis veniet diſtrictio mortis.
Que via pandetur cum ſpūs egredietur.
Quid ſit facturus vel quos comites habiturus
Quā miſer infernus ꝙ nobilis ordo ſupernus.
Que mala dānatis: que bona ſūt ꝑta beatis.
Iſti gaudebūt: quos gaudia ſūma replebunt.
Quos illuſtrabit: quos ſemper letificabit.
Viſio ſancta dei ſplendorqꝫ ſue faciei.
Talia volenti dabitur noua gratia menti.
Cum ſtudio tali dulcedine ſpirituali
Mens tua paſcetur ſi jugiter hec meditetur
Hoc ſtudiū mentē dn̄o facit eſſe placentem.
Curas terrenas magno cruciamine plenas.
Funditus expellit viciorum gratia velit.
Sic eternorū mens tacta timore dolorum.
Deſerit errorem mundiqꝫ repellit amorem.
Poſtea ſūmorum flagreſcit amore bonorum.
Confert tale donū domini miſerabile bonum.
Nam cū mutatur mala mēs deus hec operatur
Virtutum munus ꝓſtare poteſt deus vnus
Qui ſic ſeruorū docet intus corda ſuorum.
Cum bona ſectantur uel dicūt vel meditātur.
Sic dn̄s mores illos leuat ad meliores
Quos enitentes videt auxiliūqꝫ petentes.
Ergo fide pura criſto te ſubdere cura.
Auxilio cuius fugies mala temporis huius.
Atria ſunt celi vere patefacta fideli.
Semper ibi viues diuino munere diues.

Si vis ſincere criſti precepta tenere.
Xp̄o iunguntur ſua qui precepta ſecuntur.
Nā decus eternū datur hijs regnūqꝫ ſupernū.
Gloria celeſtis paradiſi debita feſtis.
Hos faciet letos ⁊ pax eterna quietos.
Nam delectaris cum talia premeditaris.
Iſta libens audis ſi ad pia gaudia plaudis.
Non tn̄ ignores ꝑ magnos iſta labores.
Sanctis acquiriri nec fortuitu reperiri.
Nā ꝙuis gratis tribuat deus iſta beatis.
Nemo tamē ſenis vite fert dona perhēnis.
Ni melior factus vite correxerit actus.
Quē facit hijs dignū dn̄s vult eſſe benignū.
Proptū feruentē non ocia vana ſequentem.
De regno celi non credit mente fideli.
Inſipiens ⁊ ebes ſed tu bene credere debes.
Xp̄o dicenti rapiunt illud violenti.
Scilicet auſteri ſe diſtinguendo ſeueri.
Mollia ſpernentes ⁊ vim carni facientes.
Jugiter intenti domino parere iubenti.
Res eſt nota ſatis nec habet quicꝙ nouitatis.
Spiritus inde perit ſi corpus dulcia querit.
Et dum vexatur caro ſpiritus alleuiatur.
Cūqꝫ religatur mortaliter ille grauatur.
Omne quod oſtendo poteris videre legendo.
Indice ſcriptura poteris cognoſcere plura.
Vitam querenti dat iter ſacra lectio menti.
Accipe ſcriptorum frater documenta meorum.
Quod tibi mōſtratur quod dulciter inſinuatur
Non tu corde graui videas ſed mente ſuaui.

Quod enim ſcripſi valde tibi proderit ipſi.
Si via virtutis delectat iterqꝫ ſalutis.
Nam rex celeſtis cui nil latet: eſt michi teſtis.
Nil tibi narraui: niſi quod prodeſſe putaui.
Nec ratio veri tibi debet iura videri.
Nam ꝑ anguſtum tibi dixi currere iuſtum.
Sic probus aſcendit dū ſemꝑ ad ardua tendit.
Hunc facies curſum ſi vis aſcendere ſurſum.
Fortaſſis puero tibi fruſtra mittere quero.
Iuſtum ſermonem ꝗa nō capis hanc rationem.
Sed pater immēſus proſpicuos det tibi ſenſus.
Roboret etatē: tribuat tibi proſperitatem.
Filius ipſe dei ſpes noſtre progeniei.
Autor honeſtatis fons perpetue bonitatis.
Uirtutum flores ⁊ honeſtos det tibi mores.
Spiritus amborum ꝗ tangit corda ſuorum.
Et ſine verborum ſonitu fit doctor eorum.
Ipſe tuam mentē regat ⁊ faciat ſapientem.
Recte credentem monituros ſuos retinentē.
Et bene viuendo mandataqꝫ ſancta ſequēdo.
Leticiam vere lucis merearis habere.
Qui tenebras neſcit magno nitore niteſcit.
Et cuicunqꝫ datur ſine fine beatificatur
Hic tibi det munus: ꝗ regnat trinus ⁊ vnus.

In re terrena labor iminet atqꝫ cathena,
In er terrena nil aliud eſt niſi pena,
In re terrena nec lex nec iuris habena.
A re terrena procedunt mille venena.
A re terrena ſanctorum mens aliena.
A re terrena requies remouetur amena.
Pro re terrena procul eſt homo a luce ſerena.
Pro re terrena manus enſe tractat egena.
Pro re terrena diues verſatur arena.
De re terrena tua mens ne fiat amena.
De re terrena non ſit tibi plena crumena.
De re terrena non tibi ſit gloria plena.
Exitus oſtendit quo mundi gloria tendit.

Deo gratias.

52

Auguſtini Dati Senēſis Iſagogicus libellus in eloquentie precépta: ad Andream dñi Chriſtofori filium feliciter incipit.

Redimus iamdudū a pleriſqꝫ viris etiam diſſertiſſimis ꝑſuaſum: tumdemum artem quēpiam in dicēdo nōnullaꝫ adipiſci: ſi veterū atqꝫ eruditorū ſectanſ veſtigia: optima ſibi q̇ſqꝫ ſemper ad imitandū ꝓpoſuerit. Neqꝫ enī qui diutius in M. Ciceronis lectione verſatus ſit: nō in dicendo: ⁊ ornatus: ⁊ copioſus eſſe poterit. Nam ⁊ horridiora crebrius conſectati: ipſi q̊ꝫ aridi: ieiuni: ⁊ inculti fiant neceſſe eſt. Lectitanti igitur mihi Ciceronis volumina [quē eloquētie parentē merito appellauerim] nō pauca ānotatione digna viſa ſunt: quibus ſi vtemur: vulgariū ſermonem aſpernati: ad eloquentem orationem proximius accedemus.

Primum preceptum: varietati cōmutationiqꝫ vt ſtudeamus.

Sed tñ id ī primis q̇ſqꝫ admonēdꝯ ſit: qđ rhetor ille diligētiſſimꝯ: ⁊ inſignis admodū orator Fabiuſ q̇ntilianus de orōnis partibus dicere conſueuit. Neqꝫ enī leges ſunt oratoruꝫ quedā veluti imutabili neceſſitate cōſtitute: nec rogationibꝯ [vt idem dicebat] nec plebiſcitis facta ſunt iſta p̄cepta. ſed vti in ſtatuis picturis poematibꝯ ceteriſqꝫ: ita q̊ꝫ in exornāda viri eloquētis oratione plurimū ſemꝑ roboris ac venuſtatis habuit varietas. atqꝫ [qđ dici ſolet] tenendū cauendūqꝫ illud eſt ante omnia:

ne ars vlla dicendi [[ſi fieri poteſt]] eſſe videatur:

Hec igitur lex prima cōmutatiōis varietatiſq̈ quā eruditorū aures non difficile iudicāt. Hoc igitur iacto fundamento: perpauca deinceps ſcribā [Andrea amice ſuauiſſime] que etſi nō ſemper: ut plurimū tamē his rationibus tibi ſeruanda erunt. Sed iam noſtri inſtituti ita naſcetur exordiū.

Secundū preceptum de ſitu ſuppoſiti: verbi et appoſiti in oratione.

p Lerūq̈ enim qui oratorie artis floribus: ac falleratis [[vt aiunt]] verbis ſtudēt: cōtra tritā vulgatāq̈ grāmaticorū cōſuetudinē dānantes: qđ in calce abſolute orōnis locari cōſueuit: id illi potius coaptāt inicio. qđ oīe tibi exēplo erit manifeſtius. Scis plenā orationē conſtare tribus ꝑtibus: qđ ſuppoſitū [vt eorū ipſorū vocabulis vtar]] qđ verbū: qđ appoſitum vocant. Dicūt igitur grāmatici: Scipio africanꝰ deleuit Carthaginē. ornatioris vero eloquij hoīes cōuerſo potiꝰ vtūtur ordīe. Cathaginez Scipio africanus deleuit: Illi: M. T. Cicero familiariter vtitur P. Lētulo. Nos vero: P. Lētulo M. T. Cicero familiariter vtitur. Quibꝰ plane exēplis patere arbitror: appoſitū primū in oratiōe: ſuppoſitū medium: nouiſſimū vero locum verbū tenere. Sed ⁊ ſi quid pro grāmaticorū more poſt appoſitū ſitum erit: id inicio orationis poni ſolet. Cuiꝰ rei exempla ſubnectā. Scipio emilianus euertit Numantiam vrbem opulētiſſimam Hiſpanie. Hiſpanie opulentiſſimam vrbem Numantiam Scipio emilianus euertit. Nō ignoras multa eſſe genera epiſtolarū. Epiſtolarū genera multa eſſe nō ignoras. Licurgus cōdidit ſanctiſſimas leges Lacedemonijs. Lacedmonijſ ſanctiſſimas leges Licurgꝰ cōdidit. multaq̈ cōſimili ratiōe. Appoſituʒ igitur plerūq̈ pricipio apponitur: ſuppoſitū medio: fine verbū. vt Ariopagū Solon ſalaminus p̄muſ cōſtituit; vbi grāmatici dicūt: Solon primus cōſtituit Ariopagū. Ceterū diuerſis etiā ordinibus ⁊ lociſ collocāde ꝑtes ſunt pro auriū iudicio: quod quideʒ ſolo vſu compatur.

Tertium preceptū de aduerbiorū ſitu.

Iā vero de aduerbijs [[q̄ ſunt veluti adiectiua verborū]] dici pōt paſſim vbiuis loci ponenda eſſe: vbi demū aptiuſ cōgruere viſa fuerit: modo in pricipio modo in fine: modo interiecta inter vtrūq̈: q̄ in re diligēti vtēdū eſt cōſilio. Sʒ ꝓpe verbū frequētius ꝑuenuſtā reddūt orōem. vt Fabius maxius añ alios fortiter atʒ aīoſe pugnauit. C. lelius Scipiōe familiariſſime vtebatur. Clemētiſſimus ceſar humiliter ignoſcebat. Nunc vero ad reliqua.

Preceptū. iiij. ē de p̄poſitionū ⁊ integrarū plerūq̈ orōnū īteriectoe īter ſubſtātm̄ ⁊ adiectm̄.

Prepoſitiōes perpulchre inter ſubſtātiua atʒ adiectiua noīa intericiuntur: vt ferace in agro: ornatiſſimo in loco: maximas ad res: hanc ob cauſam. iuſtis de cauſis: aliaq̈ huiuſmodi cōplura.

Nec prepoſitiones ſolum: ſed alia preterea. Eiuſmodi nunc ſumemus exēpla. Maxima in repu diligētia. Magna in parētes pietas: Incredi

bilis in omnes ciues obſeruantia. Summa in ho-
ſtes liberalitas.

Quintū preceptū eſt de interiectōe ɔtiuoꝝ
inter duos noīatiuos: ⁊ econtra.

Atꝫ etiā pulcherrimū inter duos caſus: puta noīa
tiuos duos aliq̄d concīne ponitur. vt oīa reipu. iu
ra. cōſtantes militū animi. magna ſceleratorū ho-
minum flagicia. Econuerſo etiā cōſtituta ac tranſ
poſita oratio plurimum exornat. vt huius claritu-
do viri. huius quirites auctoritate loci.

Sextū preceptū de adiectiuorum ſitu.

Venuſte etiā plerūq̄ p̄cedit adiectiuū nomen ſub-
ſtātiuū. vt tua dignitas: optīa virtus: diuinū inge
nium: exq̄ſita doctrīa. Magni enī refert quo loco
q̄q̄ dictio ſita ſit: qd̄ teſtatur Boeti⁹ in iis cōmē
tariis: quos ī Ariſtotelis librū cōſcripſit: vbi ⁊ Ci
ceronis ⁊ Virgi. ponit exēpla: Boetii aūt ipſius
hec verba ſunt: Etenī quantū ad cōpoſitōꝫ orōniſ
ſpectat: maximū differt ꝙ verba ⁊ noīa p̄dicatiōis
ſue ordine pferātur: multuꝫ enim intereſt in eo qd̄
ait Cicero. Ad hāc te amentia natura pepit: volū
tas exercuit: fortūa ſeruauit: ita dixiſſe vt dictū eſt:
an ita: Ad hāc te amentia peperit natura: exercu-
it voluntas: ſeruauit fortuna. Sic enī minor ē ſen
tentie magnitudo: minuſq̄ in ea lucet: id qd̄ ſi ſic
componatur eminet: ⁊ ſeſe vel nolentibus hoīum
auribus animiſq̄ patefacit. Rurſus cū dicit Vir-
gilius. Paciq̄ imponere morē: potuiſſet ſeruaſſe
metrū: ſi ita dixiſſet. moreq̄ imponere paci: ſed eſ-
ſet debilior ſonus: nec eo ictu verſus tam preclare

vt nunc cōpoſitus diceretur: qd̄ idem nō eſt apud
dyaleticos. Hec Boetius: nunc ad reliqua.

Septimū preceptū de ſitu negatiue dictōis.

Negatiua dictio apte in calce orōnis ponitur. vt:
Preſtantiorem te vidi neminē. Scipione clariorē
in bellicis laudibus inuenies neminem. Tua erga
me beniuolētia. tuo in me animo: gratius ē nihil.
qui te ardentius amet habes neminem.

Preceptū. viii. ꝺ poſſeſſoris an̄ poſſeſſiōꝫ ſitu:
Sed ⁊ poſſeſſor ante poſſeſſionē. vt optimi viri di-
uicie. preſtantis viri virtus. prudētiſſimi hominis
conſilium.

Nonum p̄ceptum de vſu gerundiuorum noīum
pro gerundiis.

Quid vero pulchrius: q̄ ſi pro gerundiis que ap-
pellant: vtamur gerundiuis nominibus. Ac tritū
eſt Priſciani exemplum. Veni cauſa amandi vir
tutem. veni amande virtutis cauſa. gratia gerēdi
bella. gerendorū bellorum gratia. ad amplexandā
virtutem magis: q̄ ad āplexandū virtutem. Que
vna p̄ceptio optima eſt: crebraq̄ eius apud M.
T. alioſq̄ eloquētes viros ſunt obſeruatio.

Decimū preceptum de cōgruentia nōis relati
ui plerunq̄ cum cōſequente.

Nunc autem multa conſiciam: que ſi diligēter ad-
uerteris: haud parum ornato latino conducent elo
quio. Sed id mihi imprimis animaduertendum vi
detur: vt cum tria fuerint: antecedens conſequens
⁊ eorū mediū relatiuū nomen: ſi ſit illud cōſequēs

vel hoīs: vel rei cuiuſpiā ꝓprium nomen: relatiuū
cōſequenti ſemper cōgruat: alioq̄n non latina orō
fit. ſed a doctiſſimorū hominū conſuetudine lōge a
liena. alias poteſt cū alterutro cōuenire: ſi nō con
ſequatur ꝓpriū nomen. Quā rem facile exēpla de
clarant: ⁊ priſcoruꝫ auctoritates complures. M.
Cicero primo tuſculanarū q̄ſtionū. Studio ſapiē
tie: q̄ philoſophia dicitur. Et ſexto de repu. Con
cilia cetuſqꝫ hoīum iure ſociati: q̄ ciuitates appel-
lantur. Atqꝫ iterū. Ex illis ſempiternis ignibus:
que vos ſydera ⁊ ſtellas nūcupatis. Saluſtij illud
qꝫ tritum eſt. Eſt locus in carcere: qđ tulianū ap-
pellatur. Innumerabilia in vetuſtis codicibus id
genus inuenias. Nec id eſt grāmatice artis viciū:
quod quidē ignari litterarum arbitrantur. Sed et
nos aliquid exēplorum afferamus. Preclaruꝫ eſt
Ciceronis opus: qui Cato mayor dicitur. nā qđ
Cato mayor dicitur nō latine ꝓfertur. Conſimili
ter: vrbis viſceribus cōſulendū eſt: qui ſunt ciues:
Perditi viri ex vrbibus pellendi ſunt: q̄ eſt ciuita
tum pernicies: ſentina dedecoris. Plerūqꝫ igitur
relatiuū nomen: cū eo concors eſt qđ ſequitur..

xj. preceptum de cōgruentia in caſu ex tribus
eorum duorū q̄ proximius iunguntur.

Illud qꝫ ſpectandum eſt. nā cum tria exiſtāt: quo
rum vnū relatiuuꝫ ſit nomen: frequētiſſime eorum
duo in eiuſdē caſus exitu cōueniunt. nam [vt exē-
pli cauſa dicam aliq̄d] Si quis hūc ſmonem ꝓtule
rit: Liber in quo de virtute agitur preclarus eſt:
rectius atꝫ ornatius dicitur: In quo libro d̄ virtu
te agitur preclarus eſt. Cōcordāt nāqꝫ eodē caſu
ex tribus duo illa q̄ mayori vicinitate iuncta ſunt
Aliud iterum exēplum huiuſcemodi ſit. Quas mi
ſiſti litteras ad me iocunde fuerūt. Sermonē queꝫ
audiſtis nō eſt meus. Quā exiſtimas Demoſthe-
nis orationē: eſchinis eſt. atꝫ huius ſermonis cre-
bruꝫ inuenire poteris apud veteres vſuꝫ. M. T.
officiorū primo. Quorū aūt officiorū precepta tra
duntur: ea quanq̄ pertineant ad finem bonorum.
Virgiliꝰ Maro in eney. vrbem quā ſtatuo veſtra
eſt. Terētius in Andria. Poſthac quas faciet de
integro comedias ſpectande an exigēde ſunt vobis
prius. Idem: populo vt placerent quas feciſſet fa-
bulas. Idem: quas credis eſſe has: non ſunt vere
nuptie. Atꝫ eiuſmodi ſermo plurimū exornat.

xij. preceptum de auxeſi poſitiuorū cū per.

Id quoqꝫ digniſſimū eſt annotatu: vt cum poſiti-
ua exaugere velimus noīa: vt iis per prepoſitū ac-
cedat. Cicero in epiſtola ad Curionē: Cui ⁊ carꝰ
eque ſis: ⁊ periocundus. Idem de oratore primo.
Perbeati Quinte frater illi uideri ſolent. Teren
tius in eunucho. perpulchra credo dona haud no-
ſtris ſimilia. Nam pergratum valde gratū ſignifi
cat: ⁊ in oratione lepide perſonat.

xiij. preceptum de ſuperlatiuis cum multo lō
ge et q̄.

At ſuperlatiuis multo longe ⁊ q̄ aduerbia prepo-
nimus: idqꝫ ſepenumero perpulchrum videri ſolet
vt longe amantiſſimus veſtri. multo omniū fortu
natiſſimus. ⁊ ago tibi q̄ maximas gratias.

xiiij. preceptum de compatiuis cum mul
to aut longe.

Compatiuis vero vel multo vel longe p̄poni ſo
let. vt iuſticia, multo p̄clarior eſt ceteris virtuti-
bus. ⁊ Socrates lōge alijs ph̄is ſapientior.

xv. p̄ceptum de quibuſdam noībus q̄ a grecis
profecta declinationem mutant.

Illud nequaq̄ omiſerimus: ꝙ cum noīa quepiaȝ
ſunt profecta a grecis tertie flexionis. ⁊ obliquos
caſus habentia qui rectum ſup̄ant: latini oratores
frequētiſſime caſibus illorū quibuſdam imutatis:
fingunt aliarū declinationū nomina ⁊ genus ſuāt
qualia ſunt poematum enthimematū delphinus e
lephātus: ⁊ lampada. que a pleriſq; tertia flexiōe
ꝓferuntur poema enthimema delphin elephas lā-
pas. Hanc tu obſeruatōeȝ diligēter māda mēorie.

xvj. preceptum vt eleganter oſtēdemus quip
piam nobis eſſe iocundū vtile vel honeſtum:
⁊ cetera id genus.

Cum aūt volumus oſtēdere nobis aliq̇d iocundū
honeſtū vtile eſſe: datiuis cū verbo vtimur ſum es
eſt ſubſtātiuorū quorū illa adiectiua ſunt. Nā [ne
ab exēplis diſcedamus] quid aliud ſignificat: hec
res mihi iocūditati eſt: ꝙ hec res eſt mihi iocūda?
Idemq; ipm̄: mihi tue littere fuerūt gaudio. quod
eſt ad gaudium: vel gaudiuȝ mihi attulerūt. Pre-
clara vrbis edificia ciuibus decori ſunt. vicia dede
cori ſunt viris: id eſt dedecus pariunt viris. Deq;
ceteris conſimili ratione.

xvij. preceptum de afficio ⁊ afficior.

Verbū afficio ⁊ pulchrū eſt ⁊ late patet. Nā affi-
cio te voluptate: id ē tibi voluptatē affero. afficio
te honore: id eſt facio tibi honorem: ⁊ te honoro.
afficio te laudibus: id ē te laudo. afficio te ꝓbro: id
eſt vitupero te. afficio te comodis: id ē tibi como-
da facio. afficio cadauera ſepultura: id ē cadauera
ſepelio. afficio inimicos iniuria: id ē facio iniuriaȝ
inimicis. Atȝ ſimiliter afficior dolore: id ē doleo.
afficior gaudio: id ē gaudeo: afficior verecūdia: id
ē verecūdor. Latiſſimaq; ē huius verbi vſurpatio.
Nec tū lateat te: afficere diſponere ſignificar̄. hic
eſt Plauti illud. viua vox magis afficit. Neq; e-
nim ſine optimis cauſis tam lata tāq; diffuſa ſit ei
us verbi ſignificatio. ſed de hoc ſatis.

xviij. p̄ceptū de tum vel ⁊ geminatis.

Non eſt autem ignorandum ꝙ ſi duo aut plura
duobus [quod perraro vſu venit] pariter ſe habu
erint: vtriq; tum dictionem p̄ponemus: quod li-
queat exemplo. Par eſt in C. Lelio doctrina ac
virtus: q̄ntaq; ē eius viri probitas: tanta quoq; ē
eius ſcientia. tunc ſplendide ac recte dixerim. C.
Lelius vir tum doctus eſt: tum probus. Itidēq;
magna eſt in C. Lelio tum virtus: tum etiam do
ctrina. C. Lelius plurimum tum laude: tum rerū
ſcientia valet. Aliud iterum exemplum. Themi-
ſtodes tum conſilio pollet in vrbanis rebus: tum
in bellicis negocijs viribus: atq; animi magnitu-
dine floret. Sic enim tantum oſtendi in rebus vr-
banis eſſe conſiliū: quātā in bellicis magnitudinē

animi: ꝙ tuꝫ geminatū poſitū eſt. Sed eandē vim
habet geminata et coniunctia. Uirgilius in eneyde
M. altum ille ⁊ terris iactatus: ⁊ alto. Idem pro
fecto ſignificat. Eneas tum pelagi: tū terrarū la-
bores ꝑpeſſus ē. Africanꝰ fuit ſingularis ⁊ vir: ⁊
impator. idem ſibi vult Affricanus magnus exti-
tit tum vir tum impator.

xix. preceptum de cum ⁊ tum.

Qd̄ ſi duo cōtra nequaꝙ paria ſunt: ſed alterū mi
nus cōplectitur: alterū vero magis. ita efficienduꝫ
ē: vt qd̄ leuiꝰ exiſtit locemꝰ ꝑus: atꝫ ei cū dictionē
ꝑponamꝰ. qd̄ aūt grauius validiuſqꝫ: id poſterius
poſitū tuꝫ dictio ꝑcedat. Qd̄ patefaciemꝰ exēpliſ.
C. Lelius amat Scipionē: ꝓpterea ꝙ eū doctum
cognouit hoiem: ⁊ ſemꝑ viru optimū: quod poſtre
mum vehemēter ad amorē impellit. qre ita orō eſt
inſtituēda. C. Leliꝰ amat Scipione: cū ob doctri
nam eius: tū ꝓpter ṽtutes. Ita ṽtus in hac beni-
uolētia plus momēti hꝫ. Atꝫ idem ita ſi dixerim.
Cuꝫ oēs fortūati ſunt q̇ bene viuūt: tuꝫ ꝑbeati q̇
oīa deſerunt: ⁊ virtutem ſolam complectutur. hoſ
nanqꝫ poſteriores multo beatiores eſſe conſtat: ſi
quis ſupius modo allatā preceptioneꝫ intellexerit
Hec M. Cicero ip̄rimis frequenter vſurpat. Ex
quo illud. Cum oibus conſulendū eſt: tum illis q̇
armis depoſitis: ad impatoris fidem cōfugiūt. Si
gnificat eni fugientibus ad impatores: ⁊ ſeſe dedē
tibus multo magis conſulendum eſſe. Atꝫ in Ca-
tone mayore: mirari ſeſe aiebat Sceuola M. Ca
tonis cū ceterarū rerū ꝑfectā ſapiētiā: tū ꝙ nunꝙ̄

fuerit illi ſenectus grauis. Sed de hac re ſatis.

xx. vt quēpiā laudari aut vituꝑari oporteat.

Iam vero explicādum eſt: q̄ ratione quāpiam ꝑſo
nam: aut laudari: aut vituꝑari oporteat: qd̄ ad de
corem ſmonis ꝑtineat. Naꝫ id trifariā poſſe fieri
comperimus ex monumētis litterarū. Si enim ve
lim oſtēdere: M. Cathonē habere magnā ṽtutē:
cū verbo ſum es eſt: ita cōmodiſſime fiet. Marcuſ
Catho vir eſt magna virtute. M. Catho vir eſt
magne virtutis. M. Catho vir ē magnus ṽtute
Ariſtotiles philoſophus fuit ꝑ̄ſtans ingenio: vel
ꝑ̄ſtantis ingenij: vel ꝑ̄ſtanti ingenio. Mulier eſt
clara moribus, clarorū morū. claris moribus. Uir
egregius laude, egregie laudis, egregia laude. ſed
illud prius magis poetarū eſt: poſtremū vero ſplē
didiſſimū: ⁊ prepolitum. Ariſtotiles eſt ſciētie co-
pia philoſophus: exq̇ſita doctrina. vir acerrimo in
genio. Quod quidē [vt diſſertiſſimꝰ Priſcianus
inquit] ſignificat Ariſtotilē habentem ſcientie co
piam: ac qui habeat exq̇ſitam doctrinā. Ceteraqꝫ
cōſimili ratione. Quod quidē Aulus gelius cōſen
tire videtur in noct. ac. ē eni velut defectio quedaꝫ
ſed ea trita vſurpataqꝫ ab eloquētiſſimis viris: ac
clariſſimis oratoribus: q̄ ⁊ nobis ꝙ̄ vtendun ſit.

xxi. de accuſatiuis ⁊ ablatiuis participiorum
locū tenētibus infinitiui verbi.

Atqui participiorū cum accuſatiui caſus ſepe: tuꝫ
ablatiui locum tenent infinitiui verbi. Hinc Salu
ſtianum illud. Nā ⁊ prius ꝙ̄ incipias conſulto: et
vbi cōſulueris mature facto opus eſt. Et Teren:

Miſis Glicerium alloquēs amicā Pāphili. Jam
iam inqt inuentū tibi curabo: ⁊ adductū tuū Pā
philuʒ. Oia nancꝫ illa cōſulto: facto: inuentū: ad
ductū. cōſulere: facere: inuenire: adducere ſignāt
Verū frequēter his rationibus ablatiuorum caſi-
bus vtuntur. accuſatiuorū perraro.

xxij. de hoc noie opus cū varijs caſibus.

Et quoniā de noie quod eſt opus attulimus men
tionē: intelligendū eſt. Opus mihi ē hac re: ſigni
ficare me egere hac re. Sed id varijs caſibꝰ iungi
ſolet. Nā etiam opus ē mihi tua opera noiandi ca
ſu. ⁊ tue opere. ⁊ tuam operam. ⁊ tua opera: Sed
hoc poſtremū ornatiꝰ eſt: ⁊ totū oratorium. Cete
ris rationibus poete potius: hyſtoricicꝫ vtuntur.
Nos aūt quedā precipimus: vt cognoſcamuſ a ve
teribꝰ vſurpata: eiſdēcꝫ vtamur. quedā vero vt co
gnoſcamus ſolū. Nam opus eſt mihi hāc rem nū-
quam orator dicit. ſed hac re.

xxiij. de cōmutatione adiectiui ⁊ ſubſtantiui
in voce genere: ⁊ caſu.

Quid illud? nōne pulcherrimū eſt: vt cum duo no
mina: alterū adiectiuū: alterum ſubſtantiuū: eodē
caſus exitu ꝓferri debent [vt ſepe creberrimecꝫ]
quodāmodo tertiā adiectiui nois vocem ꝙ eſt neu-
tra in vim ſubſtantiui transferamuſ: ⁊ ſubſtantiuū
illud priꝰ caſu collocemus gtio: qđ vt frequens eſt
eruditis atcꝫ diſſertis viris: ita ꝙ erit exēplo ma-
nifeſtius. Nam cū multam virtutē dicturus ſum:
ſi multū virtutis loco eius orationis poſuero: mul
to protulerim venuſtius. Multum pecunie enim
ſignificat multam pecuniā. plurimū virium: pluri
mas vires. q̇d animi eſt: q̇s animus ē. q̇d rei: ꝗ reſ
quid cauſe: ꝗ cauſa. Alia ꝙ ita permulta. Sed ani
aduertendū eſt ꝙ ſi genitiuꝰ ille caſus ſingularis
fuerit: totā item orationē ſingulariter exponere de
bemus. Si pluralis: pluraliter: nancꝫ [exēpli cau
ſa] multū pecunie: ē multa pecunia. ſingulari nu-
mero. At cōtra multū pecuniarū ſignificat multaſ
pecunias. Similiſcꝫ eſt ⁊ aliorū ratio. ⁊ multū ro-
boris ſingularem: plurimū viriū: pluralem ꝙ hʒ ſi
gnificationē. Et aduerbia ꝙ nōnulla eandeʒ vim
retinēt: p̄ſertim vero duo hec parū ⁊ ſatis. Nā pa
rum ſapiētie: id ē parua ſapiētia. ſatis viriū: id eſt
ſufficiētes vires. Et nihil ꝙ ſiue nomē: ſiue aduer
bium ſit: in eandē ſepe obſeruantiam cadit. Hec
igitur hactenus.

xxiiij. vt geminandum eſt epitheton ſequen-
tibus ſubſtantiuis: aut econtra.

Quoniam aūt ſingula hic fere inueſtigamꝰ: id ꝙ
dignū cognitione eſt: vt cū duo meminerimꝰ noia
ſubſtantiua: quorū vtricꝫ idem epitheton adiicien
dum ē: vt adiectiuū ipſuʒ pricipio collocemus: ⁊ ſe
quentibꝰ ſubſtātiuis: vel tum geminatū: vel dupli
catū et: preponamuſ. Exēpli vero cauſa afferātur
Ciceronis verba. Affricanus ſingularis et vir: et
impator: qđ eſt Affricanus ſingularis vir: ⁊ ſingu
laris impator. ꝓpter magnā ⁊ doctoris auctorita-
tem: ⁊ vrbis: ē ꝓpter magnā auctoritatē doctoris:
⁊ ꝓpter magnam auctoritatē vrbis. preclarꝰ ⁊ mi
les: ⁊ ciuis. illuſtris tum vir: tum phūs. optimꝰ tū

patrie defenſor: tuꝫ gubernator iuſtus ⁊ rex et iu-
dex. cōſimiliaqꝫ eodē modo ſe habēt. Sed ⁊ ſepenu
mero cōtra eodē ordie vni ſubſtātiuo p̄poſito: duo
adiectiua: aut plura deſeruiūt. exēpla ſunt q̄ nunc
cōſtituam. Uir tum bonus: tū temꝑatus. Impa-
tor ⁊ callidus: ⁊ fortis. Iudex ⁊ integer: ⁊ ſolers.
Ornamēta ciuitatis tum multa: tū preclara. alia
tu ip̄e coniecta. Nōnunq̄ ⁊ duo ſubſtantiua ita
ſe habēt: vt alterū vim ſuā vbiqꝫ ſuet ac tueatur:
alterū quaſi quendā obtineat adiectiui nōis locū:
⁊ eius fungatur officio: quale eſt illud virgilianuꝫ
primo eney. Moleqꝫ ⁊ mōtes inſuper altos impo
ſuit. acſi dicat molem mōtuoſam impoſuit. Cauē
dum eſt ne ab honeſtate: naturaqꝫ diſcedamus: ac
ſi dixerit. cauendū ne a naturali honeſtate diſceda
mus. Sed tibi hec ſatis ſint.

xxv. de extremis ſupinis: pro gerundijs accu
ſatiui caſus.

Sed ne quaſi hyſtoriā texens dicendorū ſeriem ne-
ctam: ita queqꝫ patefecerim: vt ſeſe mihi ſorte qua
dam obtulerit. Ceterū nō ignorandū eſſe videtur [
vt ip̄e arbitror] extrema ſupina plerūqꝫ ornate ac
ꝑuenuſte ſignificare gerūdia accuſatiui caſus: ad
dictione p̄poſita. vt res difficilis creditu. id eſt ad
credendū. miſerabilis viſu: id ē ad videndū. iocun-
da auditu: id ē ad audiendū. ſuauis guſtu: id ē ad
guſtandū. permulta ſimili ac pari ratiōe ſe habēt.

xxvj. de exaſꝑatōe orationis per mutationeꝫ
ſuperlatiui cum adiectione aduerbij ſuperla-
tiui admodum vel imprimis.

Nec id te amice lateat: vt cuꝫ fuerit ſuperlatiuū q̄d-
piam durius aſꝑiuſqꝫ: ⁊ ſuꝑlatiue ſignificanduꝫ ſit:
vt pro ſuꝑlatiuo poſitiuū afferamus: ⁊ ei aptum ad
uerbiū ſuꝑlatiuum apponamus. Nam maxime me-
morabile facinus: eſt mēorabiliſſimū facinus. maxie
rarū genus hoīum. eſt rariſſimū genus hoīum. Sed
admodū ⁊ imprimis poſitiuis adiūcta vim ferme eā
dem retinēt. vt admodum mēorabile facinus: vel im
primis rarum genus hoīum.

xxvij. vt quēpiam mediocriter: aut vehemēter
laudabimus.

Id aūt nequaq̄ ſilentio p̄terierim. vt ſi quē qui vir-
tutē habeat velim mediocriter laudare: dicam [exē-
pli cauſa] Pericles virtute p̄ſtans pīceps erat A
thenis. vel q̄ multa preclara geſſerit: Themiſtodes
reb⁹ geſtis floruit. Sin velim vehemēter ac plurimū
laudare: adiiciam gloriā ſiue laudē: ⁊ cauſam lauda
tionis cū genitiuo conſtituam. Pericles [vt ideꝫ ex
plum agam] virtutis gloria preſtās Athenis claru
it. Themiſtodes geſtarū rerū gloria emicuit. Sicqꝫ
M. Anthonius p̄ſtabat eloquētia mediocriter lau
datur: ac fere exiliter. L. Craſſus eloquētie gloria
excelluit vehemētiſſime laudatur. Sed tu pro tui in
genij bonitate deducito:

xxviij. quotiēs ſingularis ⁊ pluralis numerus
cōnectūtur vicimori reſpondenduꝫ: idem ſit in
diuerſis generibus.

Quotiēs [q̄d ipſe q̄ꝫ teſtatur grāmaticus Serui⁹]
ſingularis ⁊ pluralis numerus connectūtur reſpon-
demus vicimori. Uirgi. ene. primo Hic illius arma

hic currus fuit: non aūt fuerūt. Teren. in Andr. A mantiū ire reintegratio amoris eſt. Xenofontis delicie mee ſunt. Hoſtes eorūq; exercit⁹ pperabit. atq; ita frequentius obſeruatur. Idem fit in diuerſis generibus. nam ſiue maſculinū ſiue femininū eſt vicinori reſpōdem⁹. vt vir atq; mulier optima ad me venit. Intel. igitur nāq; optimū eſſe virum: et optimā eſſe mulierem q̄ venerit. Verū ſi plurali numero velimus vti: ad maſculinū trāſire neceſſe ē. vt vir et mulier leti pperārūt. Alexāder et Olipias clari extiterūt.

xxix. operepretium eſt.

Operepretium eſt [q̄d puerluſtū eſt] ſignificat modo vtile eſſe. modo neceſſariū. modo iocūdum. modo laudabile. Atq; his ſignificatōibus id nominis veteres vſurpant.

xxx. frui.

Frui quapiam re: eſt fructū ſiue vtilitatē vel voluptatem percipere ex ea. vt cū dixerit q̄s ocio fruor.

xxxj. preſeferre.

Preſeferre aliquid: eſt verbis aut indicijs q̄buſdā id oſtēdere: et quodāmodo confiteri. vt M. Catho preſefert grauitatē. Lelius p̄ſefert hilaritatem.

xxxij. rationem habere.

Rationē habere: ē reſpectum habere. ſed [vt planius exponam] habere rationē alicuius rei: eſt rem cōſiderare. vt habeo rationē temporum: loci: perſonarum: eſt ea ratione oīa complecti et cōſiderare.

xxxiij. complector animo.

Hanc rem animo mēteq; complector: id eſt hāc rem conſidero et voluo.

xxxiiij. in animo eſt.

In animo eſt: ſignificat in animo habeo. et animus mihi eſt: id eſt volo.

xxxv. certum mihi eſt.

Certum eſt mihi: id eſt deliberatum et decretum. vel deliberaui et decreui.

xxxvj. proſequor.

Proſequor te honore: id eſt te honoro. pſequor te laude: id eſt te laudo. proſequor te probro: id eſt te vitupero. proſequor te amore: id eſt amo te.

xxxvij. Benemereri.

Benemeritus ſum de republica: id eſt beneficium in illam contuli. Benemeriri d̄ amicis: eſt conferre in amicos beneficia.

xxxviij. eque.

Eque pro ita ac vel atq; pro vt: vel quaſi ornatiſſime ponuntur. exemplum eſt: Eque te laudo ac Ciceronem. Cetera coſimilia tu fingito.

xxxix. Haud ſecus.

Haud pro non. ſecus pro aliter venuſte in eadē oratione continue ſe habent. vt haud ſecus ſentio ac tu id eſt ſentio ita ſicut tu.

xl. de compatiuo loco poſitiui.

Nōnunq; et pulchre compatiui pro poſitiuis ponuntur. vt Alexander macedo corpus habebat imbecillius. quod imbecillum ſignificat. Satyri in ſcelera vehementius inuehuntur. quod eſt vehemēter. Sic quoq; de alijs.

xli. dare rem vicio: vel laudi:

Do tibi hãc rem vicio: id ẽ vitupo tẽ de hac re. Do laudi: id ẽ laudo. Do crimini: id eſt criminoꝛ.

xlij. de ſubiunctiuo loco indicatiui. ⁊ illius pro huius temporibus:

Sed nec illud quidẽ negligendũ eſt: ſubiũctiuꝰ modus ꝑ indicatiuo: ⁊ illiꝰ tẽpoꝛa ꝑ huius tꝑibus interdum haud illepide ponũtur. vt velim ſepe pro volo: ⁊ gererem ꝑ gerebã: dilexerim pro dilexi. feciſſem ꝑ feceram. fuerit gratũ pro gratũ erit. feceris pro faci es. Id oĩum multo oꝛnatiſſimũ: ſi opoꝛtunis locis agatur: qđ vbi factitandũ ſit: ꝑitoꝛum aures facile cenſebũt. Quãobrem exercitatio adhibẽda eſt non mediocris: q̃ omniũ magiſtroꝛũ pꝛecepta ſuperat. ꝙ ſi quis nouerit grecas litteras: ei qđ modo explicauimus: non difficile ꝑſuadetur.

xliij. partim hoĩm ⁊ eius aduerbij gemiatõe.

Partim hoĩum venerũt ꝑſepe dicitur: ⁊ A. gelio teſte eſt idem qđ pars hoĩum: id eſt quidã hoĩes. nam partim in hoc loco aduerbiuꝫ eſt: neqꝫ inclinatur in caſus. Sicut ⁊ cum partim hoĩum dici poteſt: id eſt cũ quibuſdaꝫ hoĩbus: ⁊ q̃ſi cũ quadã ꝑte hoĩum. Sed hoc tũ eſt ſplendidius: cũ in oꝛatõe iterũ fuerit additum. vt ẽ illud. M. T. in epiſtolis. nam q̇ iſtic veniunt: partim te ſuꝑbum eſſe dicũt: ꝙ nihil reſpõdeas. partim cõtumelioſum: ꝙ male reſpõdeas. Et qui ciuitatibꝰ p̃ſunt: ꝑtim nobiles ſunt: ꝑtim populares: quod eſt aliqui nobiles ſunt: aliqui poplareſ.

xliiij. decimuſquiſqꝫ.

Id eſt optimum cognitu: ꝙ decimuſquiſqꝫ eſt vnus ex numero denario. ſicut milleſimuſquiſqꝫ ẽ vnus ex numero millenario. Hinc ẽ illud Ceſaris in cõmentarijs: legione ꝑducta cognoſcit nõ decimũquẽqꝫ eſſe reliquũ militem ſine vulnere: quo exẽplo vti ꝑpulchꝛum ẽ: vt vix decimuſquiſqꝫ remanſit ſine vulnere in tali conflictu.

xlv. quotuſquiſqꝫ.

Quotuſquiſqꝫ hõ eſt: id ẽ quot hoĩes. Quotuſq̇ſqꝫ miles: id ẽ quot milites:

xlvj. ꝑq̃ cũ poſitiuo.

Perq̃ vna dictio dũtaxat pulcherrime poſitiuiſ adiũgitur noĩbꝰ. vt ꝑq̃ doctus phũs. ꝑq̃ bonꝰ amicus

xlvij. alias gemiatũ locũ tenet modo aduerbij.

Quid illud: nunq̇d lepidiſſime vſurpamꝰ: vt in oꝛatione eadẽ iterũ alias vſurpatũ locũ obtineat modo aduerbij. Quale eſſet ſi q̇s dicat. oẽs hoĩes eodem ferme nati ſunt ingenio: alias quidẽ rident: aliaſ vero lacrimãtur. Oẽs item ciues alias boni: aliaſ mali: nunq̃ eiſdẽ ſũt moꝛibꝰ.

xlviij. inire caſtra.

M. anthonius iuit in caſtra multifariam dicitur. M. an. caſtra petiuit. in caſtra ꝑfecꝰ ẽ. ſe ad caſtra cõtulit. ſe in caſtra recepit. ſe ad caſtra perduxit.

xlix. viginti annos nactꝰ.

Hic hꝫ. xx. ãnos: qđ veterũ cõſuetudine dicitur contra pedagogã opinionẽ: alijſqꝫ rõibus dicitur. hic vigeſimũ annũ attigit; agit: degit viceſimũ annuꝫ etatis. viginti ãnos nactꝰ ẽ. Sꝫ hoc poſtremuꝫ magis oꝛatoꝛi cõuenit.

l. eloquẽtia laboꝛare.

Cicero laboꝛat eloquẽtia. Cicero in eloquẽtia tempus cõſumit. tẽpus in eloquẽtia cõterit. in eloquentia operã ponit. dat eloquẽtie operã. etatẽ in eloquẽtia cõſumit: in ſtudiũ incũbit eloquẽtie. Et alia de

duc pro tuo iudicio.

lj. habeo teneo hanc rem mēmoria.

Habeo hāc rem mēoria non minꝰ vſitate dicitur: ꝙ̄ hēo ſiue teneo hāc rem mēorie. teneo hanc rem memoria. huiꝰ rei memoriā habeo.

lij. voluptatis me capit obliuio.

Obliuiſcor voluptatis vel cuiuſcunqꝫ alteriꝰ rei voluptatis me capit obliuio. Et idez verbuz cuz ceteri iunctū noībꝰ ſignificat diuerſa cōſili ordie. vt capit me ſatietas ciuitatis: id ē capit me hoīum odiuz vel tediū.

liij. cōtineo me ruri: vel in vrbe.

Virgilius incolit ciuitatē hoc ꝑpulchre dicitur: cuz teneo vl' etiā cū contineo verbo. vt virgi. ruri ſe continet. virgi. tenet ſeſe in vrbe.

liiij. preter ⁊ pre venuſte oſtētant aliquā rem aliā antecellere.

Si q̇s velit oſtēdere aliquā rem aliā añcellere. ⁊ vltra illā valere: venuſte id dicitur: vel ꝑ actm̄ prepoſita p̄ter: vel cū pre ablatiuo ꝑpoſita. vt Ceſar p̄ter ceteros rebus bellicis pollebat. vl' pre ceteri claruit.

lv. L. ē facil' ingēio: vel facillimis moribꝰ natꝰ.

L: hꝫ faciles mores: vel facilē naturā: ornatiꝰ dicit' L. eſt leui ingenio natus: vel facillimis natus moribus. Scipio natus ē triſti ingenio. ⁊ de reliq̇s cōſil'r

lvj. valeo polleo cū ablatiuis.

Valeo ⁊ polleo verba ⁊ ſplēdida ſunt ⁊ latiſſime patent: ⁊ abltio iungūtur: hoc pacto Aureliꝰ auguſtinus plurimū ingēio valuit. Hypocrates ingenij bonitate pollebat. Mitridates mēoria claruit vel polluit. M. Cato in ciuitate plurimū auctoritate pollebat.

lvij. valeo poſſum.

Valeo ⁊ poſſum verba eadē ferme rōne ſe hn̄t. ego apud diuū Ceſarē multū ſiue poſſum ſiuē valeo: ornate ⁊ ſplendide dicit': apud diuū Ceſarē plurimum mea valet auctoritas. Hortēſius multū pōt in ſenatu: ornatius: multū Hortenſij in ſenatu pōt auctoritas: q̄ potiſſimū ſignificat eā opinionē que eſt apud hoīes de alicuius viri p̄ſtantia: q̄ vulgo ⁊ trita conſuetudie reputatio nūcupat'.

lviij. ſum datiuo iunctū habere ſignificat ⁊ quodāmodo poſſidere.

Ceterū id ꝓbellū eſt. Eſt mihi apud te fides: id eſt tu adhibes mihi fidē. qd̄ eſt accuratius aduertēdū. nā plerūqꝫ ſolet ſum es ē verbū datiuo iunctū ſignificare habere: ⁊ quodāmodo poſſidere. vt ē mihi pecunia. eſt Ceſari magna ptās ſiue pietas. illud ꝺſignat me pecuniā habere. hoc habere Ceſarē magnā ptātem: cuius cōſtructōis crebra apud priſcos ⁊ diſſertos viros obſeruatio eſt.

lix. recordor hanc rem: hec res mihi in mentez venit.

Ego recordor hanc rem: potius ꝙ̄ huius rei dicitur At idem dicitur huius rei me ſubit recordatio. Hec res mihi in mentem venit: id eſt mihi occurrit: vel mihi ſuccurrit. quod poſtremum minus vſitate dicitur. quare aduertendum.

lx. preſto antecello aliquando cum accuſatiuo aliquando cum ablatiuo.

Preſto ⁊ antecello [que venuſte ſonant verba] aliquando datiuo: aliquando accuſatiuo perpulchre iunguntur cum acceſſione ablatiuorū eius rei cuius

eſt ꝑſtantia. vt ego ꝑſto tibi ingenij acumīe. Jo. precellit Pe. acumīe ingenij. Equus ꝑſtat aſino velocitate curſus.

lxj. de frequẽtatiuis verbis loco primitiuorũ.

Sepenumero frequẽtatiua verba q̄ appellãtur ꝑmitiuorũ verborũ a q̇bus traxerũt originē ſignificatiōꝫ retinẽt: ꝑſertim ſi ꝑma illa aſꝑiora fuerint. vt cōiecto pro conicio. mãſo ꝑ maneo. imperito ꝑ ipero. ãplexor ꝑ amplector. ⁊ alia pene innũerabilia. ſi qñ etiã verbi aſꝑitas vlla cõtingat: quod peritorũ nunc iudicio derelinquimus.

lxij. de ⁊ dis mutant.

De ꝑpoſitio verbis adiecta ꝑſepe cõtrariã mutat ſignificatõeꝫ. vt ꝑcor ⁊ deprecor cõtraria ſunt. hortor ⁊ dehortor. Nõnunꝗ̃ idem dis efficit. vt ſuadeo diſuadeo. ꝗuis in iiſdem verbis nõnunquã auget per potius ꝗ̃ vim cõmutet.

lxiij. ex ⁊ de amplificant.

Ex ⁊ de vehemẽter ãplificant. vt exoro: qđ ab ex ⁊ oro ꝯductuꝫ ſignificat impetro. Teren. in an. Gnatam vt det oro: vixꝗ id exoro.

lxiiij. ſuadeo ꝑſuadeo: facio perficio.

Sic ⁊ ſuadeo ſignificat oratoris officiũ: qđ eſt bene dico atꝫ ꝑſuadeo benedixiſſe ſignificat: q̇a eſt oratoris finis: id ē impetro atꝫ obtineo. vñ ⁊ crebro nõ ſolum ſuadeo: ſed etiam ꝑſuadeo. Sed facio ⁊ perficio explorata ſunt.

lxv. de aduerſatiua dictõe.

Plurimũ etiã ſmonē ac orõem exornat aduerſatia dictio ꝗ̃ꝗ indicatiua iũcta: qđ vbiꝗ M. Cice. ſua uit aliiꝗ doctiſſimi. ſꝫ huius exẽplũ ſit: ꝗ̃ꝗ te ante hac diligebã: nunc tñ ob ſingularē virtuteꝫ vehemẽter admiror. Nã tria ſunt q̄ quodã ſibi ordine inuicem iunguntur: quorũ prius ac leuius ē diligere. poſtremũ admiror: qđ vehemẽs ac ꝑcipuũ. ⁊ eorũ medium obſuo: qđ eſt veneror ⁊ colo: exquo obſuantiaꝫ ⁊ reuerentiã ſignificat. Sꝫ iterũ aliud exẽpluꝫ. ꝗ̃ꝗ mihi ſint oium amicorũ iocũde littere: tue tñ iocũdiſſime fuerũt. Sed ⁊ pro tñ poſt quãuis raro collocamus. vt quãꝗ̃ mihi antehac carus eras: ſed ⁊ nunc ꝑfecto cariſſimus es.

lxvj. nõ ſolũ ſed etiã verum etiã verũ quoꝗ.

At hec illa duo orõnē ꝑuenuſtã reddunt ſibi inuicē correſpõdẽtia: quorũ alterũ eſt nõ ſolũ. ſiue nõ modo: ſiue nõ tantũ. alterũ eſt ſed etiã: vel verũ etiã: vł loco etiaꝫ poſito ꝗ̊ ⁊ aliquibus interiectis, quorum oium exẽpla ſubnectam. Hec mihi res nõ ſolũ grata eſt: ſed etiã iocunda. M. anthonius nõ modo Ciceronis erat inimicus: verũ etiam hoſtis patrie. M. Catho nõ ſolum ingenio pollebat: ſed etiã virtute florebat plurimũ. Alexãder non ſolũ reliquum orbē ſubegit: verum ꝗ̊ ipſum romanũ imperium cogitabat attingere.

lxvij. tam ⁊ ꝗ̃.

Et ſic etiã tam ⁊ ꝗ̃ ſibi correſpondent. vt tam cara mihi patria eſt: ꝗ̃ tibi iocunda vita. ſed facile trite hoc intelliges.

lxviij. egoipſe pro egomet.

Pro eo aũt qđ ceteri exprimere cõſueuere pronoibꝰ addẽtes vel te vel met ſillabicas adiectões: Cicero potius idem efficit hoc pronoie ipſe ipſa ipꝫ: qđ illarũ fere adiectionũ locũ obtinet. vt egoipẽ magis ꝗ̃ egomet; illeipẽ noſipſi: vt nunꝗ̃ ſecus dicẽdum ſit.

lxix. de mecum ⁊ me cum.
Alia eſt adiectio pulchra. vt mecum ipſe cogitaſſem ⁊ hoc ut mecum ſit vna dictio. Item me cū ipſe vin-cerem. cum due ſunt dictōes.

lxx. vt familiaritatem conuerſationem ⁊ simi-lia ornate exprimemus.

Sꝫ ſi tibi dicēdū erit: tu mihi familiaris es: ornatiꝰ dicit̄ ego te vtor familiariter. Tu mihi amicus es: ego te amico vtor. Tu mihi es magr̄: ornatiꝰ ego te vtor magiſtro. Ego tecū frequēter verſor: frequens mihi tecū eſt cōſuetudo: q̄ ſepe cōuerſatōꝫ ſignificat Tecū magnā amiciciā hēo: magna mihi tecū ē ami-cicia. Et ita alia ꝑmulta. vt ſint mihi cū oībus ma-lis viris inimicicie. nā rectius dixerimus inimicicie pl̄i nūero q̄ ſingl̄i.

lxxi. nihil cū compatiuis.
Sed neutra vox nihil ac potiſſimū in cōpatiuis noi-bus tū femininā reddit orōem: tū maſculinā. vt ni-hil ē hoc hoīe melius: fere idem eſt. vt nullus hō eſt hoc hoīe melior. Nihil hac v̄gine eſt formoſius: q̄ſi nulla v̄go hac v̄gine eſt formoſior. Et in alijs cōſil̄r

lxxij. munus ꝓ officio ⁊ cōſimiliter ꝑtes.
Munus ꝓ officio ornatiſſime dicit̄. vt hoc eſt amici munus: id ē amici officiū. Fungor boni viri munere ferme idem ē facio boni viri officiū. Sꝫ ⁊ ꝑtes plu-rali nūero cōſilem hꝫ ſignificatōꝫ. vt mee ꝑtes ſunt id ē officium meū eſt: vel pertinet ad me.

lxxiij. caueo cū ablatiuo ſignificat ꝓuideo; cuꝫ accuſatiuo vito ac fugio.

Caueo verbū etſi ſepe ſignificat ꝓuido. vt cautū eſt lege; ꝑornate accuſatiuo iunctū ꝓ vito ac fugio vſur-pant eloquētēs viri. vt turpis viri: ingenui cauent mores.

lxxiiij. memini cū accuſatiuo.
Atqui ⁊ memini rectius ac vſitatius iūgitur accuſa-tiuo q̄ genitiuo. vt memini Platonis ſapiētiam. Virgi. in buc. Et nūeros memini ſi verba tenerē. Nec mirū ſi in iis q̄ ſunt potius ſolute orōnis Vir-gi. maronis afferam teſtimoniū: quē nō ſoluꝫ poetā egregie eruditū: ſed ⁊ rhetorice artis vbiq̄ obſeruā-tiſſimum fuiſſe conſtat.

lxxv. penitet: id eſt parū videtur.
Penitet me q̄cq̄d ſignificet notiſſimū eſt: ſed ⁊ pro parū videt̄ vſurpāt autores ⁊ p̄ſtātes doctrina viri. vn̄ Cice. tādiu aūt velle debebis quo ad te quātum ꝓficias. nō penitebit: id ē parū videbitur.

lxxvj. vaco cū dtio attēdo. cū abltio vacuū eſſe:
Sed idem ꝑſepe verbū varijs cōſtructōibus poſitū: haud eādem retinet ſignificationis vim. Vaco huic rei: id ē attendo. vaco hac re: ē hac re ſum vacuus. ⁊ ornatiſſimū eſt. vt boni viri dāt operam: vt ꝑturba-tionibus vacent: id ē liberi ⁊ vacui ſint.

lxxvij. de animaduerto ⁊ animaduerſio:
Animaduerto id ē fere video ⁊ quodāmō intelligo. Et aīaduerto cōſtructū cum actio in p̄poſita: ideꝫ ſibi vult q̄d punio. vt Pſeuſippꝰ aīaduertit in ſer-uum Platōis. i. punit Platōis ſuū. Ex q̄ aīad-uerſio punitōꝫ quādaꝫ nōnunq̄ ſignificat.

lxxviij. de refero cū dtio ⁊ actio mediāte ad
Atq̄ iterum refero tibi hanc rem: id eſt narro tibi hanc rem. Sed refero ad ſenatum. et refero ad po-pulum hanc rem; id eſt pono hanc rem in conſulta-

tionem populi vel ſenatus: qui vſus verbi eiꝰ apud
hyſtoriarū ſcriptores frequentiſſime eſt.

lxxix. dare litteras tibi vel ad te.

Quid varij ꝙ caſus eidem verbo ſepe cōiuncti non
ne magnā ac lōge diuerſam vim habēt. Quale ē do
Bibaculo ad Ceſarē litteras. nā dantur Bibacu-
lo deferenti: vt Ceſari reddat ad quē mittūtur lr̄e:
Eas igitur leget Ceſar: Bibaculuſ quidē velut ta
bellarius defert. nā qui fert lr̄as: cōſueuit tabellari-
us appellari. Verū ne ꝗd huiꝰ nūc ignores: dare lit
teras ſignificat ſcribere ſeu mittere litteras.

lxxx. vnas binas trinas litteras: pro vna dua-
bus tribuſue epiſtolis dicimus.

Nec te fugiat ꝙ pro epl'a dicimus lr̄as plurali nūe-
ro. nec obſtat poetarū conſuetudo. Et ꝓ vna epl'a
dicimus vnas lr̄as. nā id nomē vnus. a. um. cū iis q̄
pluralr̄ ſolū inflectūtur plalem ꝙ retinet naturā. vt
vne nuptie: vne bige: vna menia. et [vt ad ꝓpoſitū
redeam] ꝓ duabus epl'is: dicimus itē binas lr̄as: nō
aūt duas. ꝓ tribus epl'is: ternas: nō aūt tres. ꝓ qua
tuor. ꝗternas. Et q̄ deinceps ſunt reliq̄ cōſimili rōe
ꝓferentur. lxxxi. infinitiua oratio pro con-
iunctiua peruenuſte ponitur.

Infinitiua oratio ꝓ cōiunctia perꝙ pulchre ē. vt vo
lo te ad me ſcribere. cupio te Athenas ꝓficiſci. et id
Terē. ꝗd facere te in hac re velim. ſignificat eni ꝗd
velim qd̄ tu in hac re facias. velim oēs ciues vnani
mes eſſe. id ē ꝙ vnanimes ſint ⁊ cōcordes: Sed hoc
tibi ſit cōcinnius vt nullū ſit ābigui ſmoniſ diſcrimē
neq; eni oīno rectū ſit ſi ꝗs dicat volo te me amare:
ꝙuis plerūq; id ſuppoſiti locū hēat qd̄ ifinitiuū vbū

immediatius preceſſerit. vt puto Pirrhum Roma
nos vincere poſſe: id eſt credo ꝙ Romani poſſunt
vincere Pirrhū. ſed id pro viribus caueat orator.
Et qd̄ modo preceptū erat de cōiunctiua atq; infini
tiua orōne ꝑcipue in ab ſolutis verbis: vel vbi alte-
ri caſui fuerit adiecta prepoſitio ſeruādum ſit. vt vo-
lo te amari a me.

lxxxij. de ex vel e pro a vel ab.

Ex vel e ꝓpoſitōes ꝓ a vel ab: ⁊ ſepe ⁊ pornate po-
nūtur. vt audiui ex maioribꝰ nr̄is: ꝓ a maioribuſ no
ſtris. accepi ex patre tuo: vl' e patre tuo. quero ex te
⁊ a te: quod eſt te cōſulo ⁊ te interrogo: quod aduer
te: ⁊ vſui trade.

lxxxiij. de pro loco in ⁊ ſecundū:

Pro ornate ponitur ꝓ in: ⁊ ſecūdū. vt pro roſtriſ: id
ē in roſtris. ꝓ tribunali: id ē in tribunali: ⁊ alia pro
viribus tuis: id eſt ſecundū vires tuas. pro tui inge-
nij bonitate. pro virili tua. ⁊ ſimilia.

lxxxiiij. Sub in cōpoſitione: aut clam aut di-
minute ſignificat:

Sub compoſita: aut clam aut diminute ſignificat:
vt ſubmouit me Permeno: id ē clam ⁊ occulte. ſub
iraſcor tibi: quod ē paululum iraſcor.

lxxxv. morēgerere cōplacere obſeq̄ ſignificat.

Moremgerere pornatum verbū: complacere ſigni-
ficat: atq; obſequi. vnd' moriger. a. um: quod a moro
ſo: qd̄ difficilem ſignificat. ⁊ a morato: qd̄ inſtitutū
ſignificat: plurimum differt.

lxxxvj. conſequor pro exprimo.

Conſequor pro exprimo pulcherrimū eſt. vt Non

poſſum ego verbis conſequi:id eſt exprimere. Litte
ris conſequi:id ē per litteras explicare.
lxxxvij. metuo timeo multis caſibꝰ cōiungũtur.
Metuo ⁊ timeo verba aliquãdo multis caſibus ad
iungũtur. Metuit Cicero a P clodio ſibi extremũ
periculũ. Timeo mihi abs te mortē. Nōnunquã ab
ſolute ponũtur ſolo datiuo iũcta. vt metui Pãphi
lo. Pãphili vite timeo. ſed hic ē potius poeticꝰ vſꝰ
lxxxviij. euado pro fio ⁊ efficioꝛ.
Euado pro fio ⁊ efficioꝛ oꝛnatuꝫ vſitatumq́ꝫ eſt. vt
Cicero euaſit eloquētiſſimus. Ariſtoteles euaſit ſũ
mus philoſophus. Ceſar vero euaſit inclytus impe
ratoꝛ. Et de alijs quoq́ꝫ ſimiliter.
lxxxix. foꝛe futurum eſſe.
Foꝛe futuram ſemper hꝫ ſignificationem:⁊ eſt idem
quod futurũ eſſe. M. C. de oꝛatoꝛe tertio libꝛo lo-
quens de Hoꝛtēſio. quem quidē confido oībus iſtis
laudibꝰ: q̃s tua orone cōplexus es excellētioꝛē foꝛe
Et Craſſius foꝛe dicis inq̃t:ego vo eſſe iam iudico.
xc. q̃d inter dimidiũ ⁊ dimidiatum intereſt.
Quid inter dimidium ⁊ inter dimidiatũ interſit noſ
ſe putile eſt. Cũ enim dimidiatũ ſit quaſi in partes
duas diuiſum:niſi aliquid diuiſum ſit:dimidiatũ nō
poteſt dici. Dimidium vero appellatur:nō ꝙ ipſum
diuiſum ſit:ſed ꝙ ex dimidiato pars altera eſt. Nō
igitur recte dixerit quis pro ſentētia M. varrōis [
vt ait A. gelius in noct. att. dimidiũ libꝛum legi. di-
midiam fabulã audiui. ſed dimidiatum libꝛũ:dimidi
atam fabulam recte quis dixerit. quia dimidiatum [

ex cauſa] digitũ appellamꝰ. ſꝫ alterutrã partē dimi
dium. q̃d eſt acurate diligenterq́ꝫ aſpiciēdum.
xcj. inter ſum ⁊ preſum quid differunt.
Plurimum aũt cōducit nobis intelligere q̃ ſunt no
minum differentie:ac verboꝛum diſcrimina. Ea q́ꝫ
res mirumimmodũ oꝛationem exoꝛnabit. vt ſi quis
nouerit quid differũt preſum ⁊ interſum inter ſe ver
ba:pulcherrime dicet. M. C. publicis negocijs nō
interfuit ſolũ:ſed prefuit. quoꝛum illud ſignificat co
mitem eſſe alicuius rei:hoc vero ducem.
xcij. confiteoꝛ ꝓfiteoꝛ gratuloꝛ gaudeo.
Ego nō ſolum cōfiteoꝛ. quod ē per vim:ſed etiã ꝓfi
teoꝛ quod quidē eſt ſponte: Et apud M. Tul. per-
ſepe tibi gratuloꝛ:mihi gaudeo. Gaudemus nobis:
gratulamur alijs:ꝙ adepti ſunt aliqua bona.
xciij. ago refero habeo debeo.
Et tibi ago gratias quod quidem eſt verbis. Refe
ro gratias q̃d eſt re ⁊ factis. Habeo gratiaꝫ quod ē
in animo. Debeo gratiaꝫ. vbi aliqua obligationis
vis cernitur. Et item alia.
xciiij. hec res mihi conducit. dono te hac rē.
Optimum eſt non ignoꝛare nominũ differentiaſ:vt
⁊ vberioꝛ ⁊ oꝛnatioꝛ reddatur noſtra oro. hec res mi
hi cōducit:eſt idem ꝙ mihi res hec vtilis eſt. Et q̃d
ceteri plerũq́ꝫ dicũt:dono tibi hãc rem:pulchꝛius di
citur ac ſplendidius:dono te hac re. vt miles nauali
coꝛona donatꝰ ē. Sabinos romani ciuitate donaue-
rũt:q̃d ē:ciues fecerũt. Q̃d itē dicũt. ſabinos rōani

in ciuitatem acceperunt.

xcv. prepoſitio que ſolēt adiungi nomini pulchrius verbo adiungitur.

Interdū vero p̄poſitio q̄ nomini ac caſui p̄ponitur
pulchriꝰ venuſtiuſqꝫ verbū preceſſerit in quibuſdam
verbis. Quale eſt ſi q̊s dicturꝰ ſit: eo ad te: vt dicat
potiꝰ adeo te. ⁊ loquor ad te: potiꝰ alloquor te. Ce
dit de vita: decedit vita: cedit ex hūanis rebus: exce
dit rebꝰ hūanis. Et in alijs quibuſdā cōſimiliter.

xcvj. de minus aduerbio:

Minus aduerbiū quanqꝫ ſepe ſignificat nō: nōnū
quā tn̄ cum poſitiuo iunctū cōtrarie ſignificatiōis
cōparatiuum demōſtrat. vt Terē. illud. Phedria ne
mo fuit minus ineptus: pro prudētior. ⁊ nemo ē te
minꝰ formoſus: id ē deformior. ⁊ ſic de cōſimilibus.

xcvij. q̊d inter decē annos ⁊ decē ānis intereſt.

Quotiens multos aut dies aut ānos dicimꝰ p accu
ſatiuū: intelligimus iungi tēporis curriculum ⁊ eſſe
fere cōtinuū. Sed p ablatiuum ſignificatur ānorū:
ſiue dierum interiectio intermiſſioqꝫ. quare [vt ait
Marcellꝰ optātes rectius accuſatiuo vti debēt: ſi q̊
dem ad ſecundā fortunam attineat. Intereſt igitur
ita ſi q̊s dixerit: decē annos in re militari v̊ſatꝰ ſū:
an ita: decē annis dedi operam rebus bellicis.

xcviij. cordi eſt.

Cordi homo etiam flexibiliter cordi hominum [vt
Priſcianus inq̊t] ſignificat iocundus. di. do. ſicut
⁊ frugi. Sed ſatius [mea ſententia] Marcellꝰ opi
natus eſt. dicit enī: cordi eſt: id eſt animo ſedet. Nā
hec res mihi cordi eſt: id eſt placet. Teren. in And.
Aut ſi tibi he nuptie ſunt cordi. M. Cicero de per
fecto oratore flumen alijs verborū volubilitaſqꝫ cor
di eſt. Et Lucilius probe declarat cum inquit. Et
q̊d tibi magnopere cordi ē: mihi vehemēter diſplicet

xcix. de tantiſper:

Tantiſper q̊d quaſi ē tamdiu: ornate poſt ſe depo
ſcit dum: quod ferme ē donec. vt illud Teren. in he
autō. Tantiſper meū dici te volo: dum quod te dig
num eſt facies. Ego tantiſper magna voluptate af
ficior: dum apud te viuo.

c. quid inter delecto ⁊ oblecto intereſt:

Tu mihi carus es: ego te amo. tu mihi iocundus es
ego te delector. Sed delecto ⁊ oblecto non ſimiliter
cōſtruuntur. Nam dicimus delectat me hec res. ſꝫ
oblecto me hac re. Delectabat Socratē vite integri
tas. Pithacus ſeſe virtute ⁊ doctrina oblectabat.
Ego me oblecto ruri.

cj. fero hanc rem facile modeſte moderate
equo animo.

Fero hanc rem patienter ſeu patienti aīo. ſplēdidiꝰ
dicitur. ego hāc rem facile patior: ⁊ modeſte fero: ⁊
moderate: ⁊ equo aīo. Econtra ſignificantia aduer
bia grauiter acerbe egre moleſte ⁊ iniquo aīo. Hec
mihi iocunda res eſt. hec res placet mihi. ⁊ que mo
leſta eſt diſplicet.

cij. de affero ⁊ dolet mihi:

Affero cōmuniſſimū verbum ē: ⁊ quo multis locis
vti poſſumus. Secūda fortuna affert mihi volupta
tem: id eſt me delectat. Aduerſa fortuna affert mi
hi dolorem: id eſt dolet mihi. nam dicimus ⁊ hec reſ

mihi dolet: id eſt doleo hāc rem. Sed redeo vnde di-
greſſus ſum. Littere afferūt mihi admiratōem. i. ef
ficiunt vt admirer: affers teſtimoniū. i. teſtificaris.
Et ita diſperſa ē ⁊ vaga huius verbi ſignificatio.

c iij. de perinde cū atꝫ vel ac poſtpoſita.

Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe ac vel atꝫ. et
totū ſimul perinde ac vel atꝫ habet eādem vim quā
vt tanq̄. vt Camillus perinde atꝫ oīum ſapientiſſi-
mus ⁊ cherea perinde ac foret eunuchꝰ. Et de hac re
ſatis hec dicta ſint hactenus.

c iiij. de coeo.

Coeo non ſolum abſolutum ē: ſed nōnunq̄ ꝑueni-
ſte caſum habet accuſatiuum. Coeo ſocietatez tecū
Et hinc ē illud A. gelij in nocti. atti. de Pithago-
ra deqꝫ eius conſorte: quod quiſqꝫ familie pecunieqꝫ
habebant: in mediuz dabant. ⁊ coibatur ſocietas in
ſepabilis. Sed eodē Cicero pacto ē eo verbo vſus.

c v. de mille hoīum in ſingulari numero.

Mille hoīum ſingulari numero ſignificat mille ho
mines. mille militū interierunt: hoc eſt mille milites
interierūt. mille militum vulneratū eſt: id eſt mille
vulnerati ſunt milites.
Idqꝫ ornatum vſitatumqꝫ eſt.

c vj. de primus.

Primus ſignificat etiam ordinem. quod nomen ſe-
quitur ſecundus tertius: ⁊ deinceps alia eiuſdem or
dinis noīa. tamē multotiens ſignificat principalem
Ut hic ē noſtre ciuitatis vnus oīum primus. ſepe ſi
gnificat optimum. Sed id poſtremum in raro ē vſu
oratorum.

c vij. de interdico.

Interdico tibi hac re ⁊ non hanc rem. vt interdico
tibi aqua ⁊ igni. Plinius ſecundus in epiſtolis. ca
rent toge iure: quibus aqua ⁊ igni interdictū eſt.

c viij. que nomina ornate ſincopantur.

Nunc vero ad reliqua. neqꝫ enim non inuitus omi-
ſerim: ꝙ que nomina ad numerum ſpectant: in eorū
pluralibus genitiuis ſincopaz efficiunt. idqꝫ cum vſi
tatum eſt: tum ad exornandam pertinet orationem.
vt mille nūmum: potius q̄ mille nūmorum. mille de
narium. mille aureum. ⁊ tot milia argentum. et ita
de reliquis. Et in genitiuis oīum nominuz ſecunde
declinationis frequenter efficiunt. Sed proſam ſcri-
bentes ⁊ ſolutam orationem nominibus ſolum nūe-
rum ⁊ menſuram ſignificantibus.

c ix. citra centenarium: ⁊ poſt vigenarium: mi
nor numerus maiorem eleganter precedit: me
diante coniunctione.

Atqꝫ in numerorum nominibus eam plerūqꝫ ſerua-
mus conſuetudinem: vt citra centenarium numeruz
ſi quando poſt vigenarium duo numeri cōmemoran
di ſunt: vt eorum minor precedat ⁊ maior ſequatur.
vt hic eſt vnum ⁊ viginti annos nactus. duos ⁊ tri
ginta annos viximus. tres ⁊ quadraginta annos na
uigaui. quatuor ⁊ quinquanginta annorum conſum-
pſi etatem. Sed vltra centenariuz ⁊ citra vigenariū
tritū ac vulgarē ſeruamus morē ⁊ ſermonem. Od aūt
ſicut duodeuiginti nonnunq̄ dicimus. ⁊ duodetri-

gita: ⁊ duodeuigeſimo: ⁊ duodetrigeſimo manifeſtū
eſt: ſed nō quidē eſt in frequēti oratorū vſu.

cx. in dies ⁊ in diem.

Quid in dies. nōne pulcherrimus ſmo ē ac ſignifi-
cat p ſingulos dies: ⁊ quotidie: ſed cuz quodā incre
mento. vt tua in dies accreſcit v̊tus. in dieſ hoies ſa
pi unt. ſtultorū hoium in dies accreſcit infamia. Sz
cum dicitur in diem: eſt terminus deputatus.

cxj. vt in verbis actionē vel paſſionē ſignificā-
tibus varietati ſtudendum.

In verbis tam actionem ꝗ̄ paſſionē ſignificātibus
cōſiderare debemus varias vocū inflexiones atz exi
tus. ⁊ modo his modo illis vti pro auriū iudicio. vt
fuere pro fuerūt. amarunt pro amauerūt. videre pro
viderūt. norim pro nouerim. triumpharat pro triū-
phauerat. ⁊ de alijs ꝗ̄ eodē modo. Sz ne qd fiat cō
tra grāmatice artis p̄ceptōz. hac via ꝓuidendū eſt.

cxij. de quin.

Quin particula quomodo increpet. vel exhortetur:
quomodo item cōfirmet; ⁊ quomō interroget: id ſa-
tis exploratū eſt, ſed nos ea pulcherrime vtimur: cū
dicimꝰ; nō poſſum quin geſtiam. nō poſſum quin do
leam. nō poſſum quin admirer. ſignificat enim fere
me nō poſſe cōtinere ꝗ̄ nō doleam. Et ita d̄ ceterī.

cxiij. de locus eſt. vel multum aut nihil loci eſt
huic rei.

Quid illud: nōne preclarū eſt vſu. locus ē huic rei:
Multū loci eſt gaudio. Plurimū loci eſt tranquil-
litati. Et terentianus Dauus. nihil loci eſt ſegni-
ciei, ſignificant enim hec oīa: vel oportere nos leta-

ri: vel tranquillos eſſe: vel voluptatibus affici: vel
nō negligentes ac ſegnes eſſe: Et ſic in alijs huiuſ-
modi multis.

cxiiij. de magnopere ⁊ ſimilibus.

Nōnunꝗ̄ vero duo nomina: ſiue prepoſitiōe adiun
cta ſiue nō: vnius aduerbij vim retinent. vt magno
pere pro valde. maximopere pro plurimū. maiorem
in modum pro maxime. mirum in modum pro mira
biliter. ⁊ item mirandum in modū.

cxv. de imprimis ⁊ ſimilibus.

Sed ablatiui caſus ſiue cum cōmercio prepoſitionis
ſiue ſine eo vim habent aduerbij. vt imprimis: ſigni
ficat eniz precipue ac p̄ſertim. ⁊ id [vt greci dicūt]
aduerbium ipſum] ſi ita appellandum eſt] perorna
te nominibus iungitur. vt imprimis ſapiens. impri
mis eruditus. Sed [ne a propoſito digrediar] pau-
cis interdum: pro paucum. multis: pro multuz. Ve
rum hoc alio loco importunius illo.

cxvj. de gerit cum nomine magiſtratus ſiue im
perij.

Ille etiam modus optimus eſt: vt ſi quis dicturus
ſit quēpiam hoiem aliquem habere magiſtratuz vel
honorem ſeu imperiū: vt ex nomine honoris eiuſmo
di: ⁊ gero geris verbo pulcherrimā conſtituat orati
onem: hoc pacto. hic eſt Rome conſul: Rome cōſu
lem gerit. ita conſimiliter imperatorem gerit. princi
pem gerit. pretorem gerit. Et alia cōſimiliter. Ad
hoſce eni viros rerum cura ⁊ adminiſtratio ꝑtinet.

cxvij. de inter legendū ⁊ ſimilibus.

Uſitata ⁊ perpulchra eſt ſermonis oratio: vt gerun

dioꝛum accuſatiuis ꝑpoſita inter ſignificet [tempus
impfectũ indicatiui vel ſubiunctiui modi vel alteriꝰ
⁊ dũ particulã. vt inter ambulandũ hoſtes offendi:
hoc ē dum ambularem. inter legendũ videbas. i. dũ
legeres. Et ſic pro varietate pſonaruꝫ ita exponen
dum eſt vti modo explicauimꝰ. Sic Seruiꝰ in buc.
Virgi. Inter agendũ. i. dum agis. honeſta locutio
ſi dicamus inter cenandũ hoc ſum locutus. i. dum ce
narem hoc locutus ſum.

cxviij. de in pro erga vel contra.

In pro erga ⁊ cõtra pulcherrima eſt accuſatiuo pre
poſita. vt meꝰ in te animus. mea in te beniuolẽtia.
vbiqꝫ enĩ ſignificat erga. Iuuenalis inuehit̃ in Do
micianum. Cicero habuit oronem in Cathilinam:
ibi enim contra ſignificat.

cxix. de apprime

Apprime pro valde recte appõnitur noĩbus quẽad
modũ de impmis ſuperius dictũ eſt. vt Virgi. appri
me nobilis res. apprime vtilis. ⁊ ita de ſimilibus.

cxx. vt res apte coniungitur adiectiuis poſſeſ
ſiuis.

Res nomen latum diffuſumqꝫ eſt: ſed eo pulcherri
me vtimur cum adiectiuis poſſeſſiuis nominibus: ⁊
pſertim huiuſmodi. vt cum dicitur: res bellica. res
domeſtica. reſpublica. res familiaris. res militaris
Et de ſimilibus pariter.

cxxj. de preſtolor.

Ut aliqua veluti ſignanda inſtituam preſtolor ver
bum quod plerũqꝫ poete accuſatiuo iũgunt: Cicero
cõnectit datiuo. vt quẽ pſtolaris ꝛ pſtolor Iohãni:

cxxij. aſſentior. tio. impartior. tio.

Multa ſunt verba quibus per eãdem ſignificantiã
⁊ paſſiua vtimur voce ⁊ actiua. Et [vt omittam pe
ne innumerabilia] Cicero frequenter in his duobꝰ
modo actiuã modo paſſiuã vocem vſurpat. Aſſenti
or ⁊ aſſentio: vbiqꝫ eadeꝫ cõſtructõis forma. Et im
partior ⁊ impartio. In ceter̃ aũt id fit multo rariꝰ:

cxxiij. vſu venit.

Uſu venit ornatiſſime pro cõtingit ponitur.

cxxiiij. vſurpatio ⁊ vſurpare.

Uſurpatio ⁊ vſurpare nõ ita intelligi debent: ſicut
iuriſconſulti vtuntur. ſed vſurpationeꝫ oratores fre
quentẽ vſum noĩant. ⁊ vſurpare in frequenti vſu ha
bere. quare aduerte.

cxxv. deficit cum accuſatiuo.

Hec res me deficit. id ē deeſt mihi hec res. vt deficit
me dies. vita qꝫprimũ mortales deficit. Sed deficio
hac re magis poetarum eſt.

cxxvj. omnis pro omnes.

Nunc autem ne ea que perutilia ſunt ⁊ ornatiſſima
omittamus. Intelligendum eſt qꝫ que nomina ter
tie declinationis tam nominatiuum qꝫ genitiuuꝫ ſin
gularem habent ſimiles: preſertim ſi genitiuus plu
ralis in ium exiuerit: eorum frequenter accuſatiuus
pluralis in is terminari ſolet: raro in es. vt omnis ꝓ
omnes. mortalis pro mortales. manis pro manes.
Materia huius hymni eſt miſeratio chriſti et continuatur hymno ſuperius dicto ſic quia ſurreximus nocte.i.de peccato canendo nox deponitur ꝛ ecce dies appropinquat qꝛ ſicut ille qui gallo canente in nocturnis horis iter diſponit agere.i.inchoat ſic ille qui in nocte huius mundi ad celeſtia ire deſiderat gallo canente.i.predicatore predicante ſurgit ꝛ iter incipit per bonam operationem. Conſtructio.ecce vmbra.i. ignorantia vel obſcuritas noctis.i.dyaboli iaꝫ tenuatur.i.ānihilatur aurora lucis.i. xp̄s patris cognitio rutilans.i.ſplendorem emittens choruſcat.i.ſplendet.Et nota ꝙ ſicut aurora depellit noctem:ſic xp̄us deuicit dyabolum.qꝛ xp̄s eſt princeps noſtre humanitatis.aurora.i.xp̄us.i. quaſi aureum colorem habens.quia choruſcat ideo rogitemus omnes.i.deprecemur virib9totis.i.cuꝫ omnibus virtutibus anime ꝛ corporis cunctipotentem qꝛ oia in ſua poteſtate ſunt.

e cce iam noctis tenuatur vmbra: lucis aurora rutilans choruſcat.viribus totis rogitemus omnes:cunctipotentem.

Ut deus noſter miſeratus noſtri ſcꝫ qꝛ miſerēdo nos redemit.pellat.i.remoueat omnem languorem.i.omne peccatum.ꝛ pellendo peccatuꝫ tribuat ſalutem.id eſt vitam corporis ꝛ anime. quia per dei graciaꝫ non proprijs meritis vita datur.donet ergo nobis pietate patris.i.ipſius miſericordia regna polorum.id eſt aulam celorum.preſtet hoc nobis ꝛc̄.

Ut deus noſter miſeratus omnem pellat lāguorem tribuat ſalutem:donet ꝛ nobis pietate patris:regna polorum.

Materia huius hymni eſt deprecatio ad dominum vt orto ſidere.i. chriſto. qui dignetur nos ſegregare a vicijs. ꝛ nos induendo virtutibus repellat ſuperbiaꝫ.ꝛ nos faciat humiles. ꝛ quoniam vmbra noctis.i.peccatum receſſit a nobis ideo lux vera.i. xp̄us iam habitat in cordibus noſtris.vel ſic.ſidere iam lucis orto.id ē chriſto nato qui refulſit in mundo ſicut ſol qui eſt iuſticie qꝛ redimendo eripuit nos de tenebris ꝛ vmbra mortis.i.a peccato.et ſupplices.i.humiles precemur deum.id eſt valde oremus apud deū vt in diurnis actibus.id eſt aſſiduis bonis operibus ſeruet nos a nocētibus.i. cuſtodiat ꝛ protegat nos a peccatis ꝛ omnibus aduerſis.

i am lucis orto ſidere:deum precemur ſupplices:vt in diurnis actibus:nos ſerueta

nocentibus. Linguam refrenans temperet:
ne litis horror inſonet: viſuz fouendo contegat
ne vanitates hauriat.

Dico vt nos obſeruet a nocentibus gracia
xpi et refrenans. id ē compeſcens linguā ⁊ tem
peret eam ne horror litis. id eſt contentio vel ſe
ditio dyaboli inſonet. id ē interius corde ſonet.
viſum fouendo contegat ⁊ quare ne vanitates
hauriat. id ē ne videamꝰ ea que videnda nō ſūt
⁊ non ſolum viſus oculorum ſit mundatus. ſed
etiam corde vt pigri ⁊ ſenes gaudiuz vanitatis
non hauriamus id in delectationibus et concu
piſcencijs non gaudeamus. vnde dominus ait
Non mihi poſſunt viuere qui non ſunt mortui
mundo. eſtimamus enim temere ſi deo ⁊ mundo
volumus perfrui. Et alibi. nō eſt conuentio xpi
ad belial. dyabolus enim ⁊ deus non bene cōue
niunt nec in vna ſede morantur. et deus in euā
gelio. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.
deo ſcilicet et māmone. id eſt pecunie male ac
quiſite ⁊ diuicijs. Et nota ꝙ inter amorem dei ⁊
huius mundi. hec eſt differentia. ꝙ amor huius
mundi in principio dulcis eſſe videtur. ſed finez
habet amarum. Amor dei ab amaritudine inci
pit: ſed vltima eiꝰ dulcedine plena ſunt. hec eſt
ſalutaris manſio ſcz deus. Hec ſunt tabernacu

la iſtorum in quibus vox leticie et exultationis
ſonat ſemper vbi beati habitabunt ſcz in ipſo
cuius decorem propheta cōcupiuit cuiꝰ habita
tionem optauit. cuiꝰ deſiderium flagrauit.
Sint pura cordis intima: abſiſtat et vecordia:
carnis terat ſuperbiaz: potus cibiqꝫ parcitas.

Intima cordis ſint pura. i. munda a mala co
gitatione ⁊ vecordia. i. ſtulticia que facit hoiez
vecordem eſſe. abſiſtat. i. abſit a nobis procul ꝙ
pro ⁊ parcitas. i. abſtinentia cibi et potus terat
id eſt minuat ſuperbiam carnis. i. peccatuz ⁊ ſti
mulos eius. quia niſi habeamus parcitatem ci
bi ⁊ potus: omnia in contrarium ſupradicta no
bis venient. nec poterimus refrenare linguam
noſtram nec noſtra intima erūt pura ſꝫ ſordida
⁊ error in ea ſociabit̄ ⁊ ſic ꝑ cetera ſaluabimur.
Ut cū dies abceſſerit: noctemqꝫ ſors reduxerit:
mūdi per abſtinenciaz: ipſi canamus gloriaz.

Ut cum dies abceſſerit. i. xp̄us receſſerit a no
bis per mala opera ꝙ pro ⁊ ſors. i. diuina diſpē
ſatio vel mors. i. dyaboli vel ſol per ſui abſenci
am. reduxerit noctem. i. peccatum quia nihil ali
ud dies ꝙ̄ illuminatio ſolis per aerem vel aer
ſole percuſſus. noctem inquaz. id eſt peccatum
nos ꝑ abſtinentiam vicioruz mundi. i. preſentis
ſeculi purificati. canamꝰ gloriaz ſcz ſempiternā

ipſi id eſt deo.ꝛ quia nox receſſit ꝛ dies venit.referamus gloriam deo.et hoc iure.

Deo patri ſit gloria:eiuſqꝫ ſoli filio: cuꝫ ſpiritu paraclito:ꝛ nunc ꝛ imperpetuum amen.

Referamus gloriam deo. et hoc iure dico.qꝛ tot ꝛ tanta contulit nobis: quia peccatum preceſſit.i.in morte liberauit nos ꝛ ad vltimū nos in filio collocauit. Gloria.i. laus ſit deo patri qꝫ pro ꝛ eius ſoli filio.i.vnico iheſu xp̄o. et hoc cum ſpiritu paraclito.i. conſolatore. Spiritus ſanctus dicitur conſolator.i.aduocatus prim⁹ ideo qꝛ diſcipuloꝝ corda que fuerunt meſta de morte xp̄i reddit conſolationi et nunc.i.in p̄ſenti ꝛ imperpetuum.i.ſine fine amen.

nunc ſancte nobis ſpiritus:vnus vel vnuꝫ patri:cuꝫ filio dignare promptus ingeri noſtro refuſus pectori.

Materia huius hymni eſt deprecatio ſancti ſpiritus vt dignetur in pectore noſtro deſcendere. quā.ſ.dep̄cationeꝫ facim⁹ in hora tertia.In hora tertia peccauit adā in paradiſo ꝑpter quod peccatū inde eiect⁹eſt.ideo facim⁹hāc orationē vt ſicut ab adaꝫ ꝑ ſuggeſtionē ſeparat⁹eſt ita ꝑ eius correctionē noſtro pectori ingeri dignetur vt ſicut inflāmauit apoſtolos de ſpiritu ſancto in hora tertia ſic dignetur ingeri in cordibus

noſtris vel infundi vt mereamur deum vere laudareꝛ hoc eſt.O ſancte ſpiritus tu dico promptus.i.paratus ad perquirendum quāuis vnus vel vnum.i.vnius ſubſtantie patri cuꝫ filio dignare ingeri.i.infundi nobis ſpirituꝫ ſanctū tuū nunc.i.in baptiſmate.adhuc dico ſpiritus refuſus noſtro pectori.i.vt infundas nobis ſpiritū ſanctum vel ſimus repleti ſpiritu ſancto:vt conſequamur remiſſionem peccatoruꝫ.vel vnius patri cum filio in eſſentia vel in poteſtate.vnus dicitur per quandam eſſentiam trium perſonarū vnus pertinet ad ſubſtantiam non ad perſonā et hoc eſt qd̄ dicitur.vnus patri cum filio.

Os lingua mens ſenſus:vigor confeſſionē perſonet:flammeſcat igne caritas:accendat ardor proximos.

Os et lingua pertinēt ad corpus mens vero ad animam.et ſenſus ad vtrūqꝫ procedit. ꝛ ſimiliter eodem modo pertinet ſpiritus ſanctus ad vtrūqꝫ ſcꝫ ad patrem ꝛ filium qꝛ ab vtroqꝫ procedit.et tamen non tres dij ſed vnus eſt deus. Et nota qꝫ in ſole tria ſunt.ſpera.claritas.et calor.Spera ſolis naturaliter ſplendens eſt ꝛ calens.Summus pater naturaliter ſapiens eſt et amans.Spera ſolis.ꝛ ſplēdor.et calor.nō ſunt tres ſoles ſed vnus ſol.Summus pater.ꝛ ſapiē

cia.⁊ amor eius nõ ſunt tres dij ſed vnus eſt de⁹
In ſpera ſolis ignea patrem intelligere debe-
mus.in ſplendore filium.in calore ſpiritum ſan
ctum. Os lingua.i.corpus.⁊ mens.i.anima:ſen
ſus.i.vterqꝫ ſcꝫ corpus ⁊ anima.vigor.i. virtus
perſonet.i.credat vel confiteatur confeſſionem
id eſt trinitatem ſcꝫ patrem ⁊ filium et ſpiritum
ſanctum eſſe vnum deum caritas.i. amor dei et
proximi flãmeſcat.i.ardeat in nobis igne.i.ſpi-
ritu ſancto ardor ſue caritatis accendat.i. illu-
minet ſpirituali amore proximos.id eſt amorē
dei deſiderantes.

r ector potens verax deus:qui temperas re
rum vices:ſplendor mane inſtruis:⁊ igni
bus meridiem.

Materia huius hymni ſumitur contra qualita
tes aeris ex hoc ſcilꝫ ꝙ maximus calor ſolet eſſe
aliquando in meridie.⁊ quandoqꝫ ſolet nocere
anime ⁊ corpori.vnde deuꝫ rogare debemus vt
in nobis extinguat flãmas viciorum noſtroruꝫ
⁊ tribuat nobis ſuam caritatem in cordib⁹ nr̃is
et non ſolum in hora tertia deum rogare debe-
mus.ſed etiaꝫ in ſexta in qua adam eiectus fuit
de paradiſo per ſuperbiam. vt vnde per tranſ-
greſſionem fuit eiectus:illuc redeamus per bo-
nam operationem xp̃o annuente qui eadem ho

ra in cruce poſitus fuit. O tu rector qui regis
omnia potens.i.potes omnia facere que velis
quia manus tua potentia. et in ea omnis pote-
ſtas ⁊ fortitudo.verax deus qui nunꝙ̃ mentiris
quia tu ipſe veritas ⁊ verax in verbis et in pro-
miſſis tuis qui nunꝙ̃ fallunt qui temperas.id ē
qui mitigas vices.id ē viciſſitudines rerum ⁊ in
ſtruis mane.id ē inſipientes bona opera facere
ſplendore ſolis.i. lumine et inſtruis meridiem
ignibus.i.calore ſcꝫ caritate.

Extingue flammas litium:aufer calorem noxiũ
confer ſalutem corporum:verãqꝫ pacẽ cordiuꝫ

Extingue flãmas litium.i.ſuffoca calores mũ
danarum temptationuꝫ vel extingue flãmas.i.
mortifica in nobis flãmas.i. ardores libidinis
vel litium.i.odiorum vel diſcordiarum aufer ca
lorem.i.remoue amorem a nobis et appetitum
noxium.i.noxiaruꝫ rerum quia tu bonus. calor
exiſtens ⁊ ſol vite eterne confer ſcꝫ ſalutem no-
bis corporum ⁊ animaꝝ.qꝫ pro ⁊ pacem cordiũ
id eſt animorum veram.i.non fictam.

r erum deus tenax vigor:immotus in te per
manens:lucis diurne tempora:ſucceſſib⁹
determinans.

Materia huius hymni eſt quia non ſolũ in ho
ra ſexta deprecãdus ⁊ laudandus eſt deus: ſed

etiam in hora nona in qua xp̄s migrauit de hͦ mundo ad patrem.vt poſſumus tranſire de vicijs ad virtutes⁊ ad bonas operationes.O deus tenax a teneo tenes qui tenendo omnia tenes ſub poteſtate tua et pietate vigor. id eſt virtus rerum permanens in te. motus. id eſt non variabilis. quia nunq̄ in ſeipſo mouetur.determinans.i. diuidens tempora. lucis diurne.id ē quotidiane ſucceſſibus.i.quibuſlibet diſtinctionibus et tu qui hoc facis ſupradicta.

Largire claruꝫ veſpere:quo vita nuſq̄ decidat
ſed p̄miū mortis ſacre:p̄henis inſtet gloria.

Et quia hoc facit largire.id ē concede claruꝫ veſpere.i.finem noſtre vite ⁊ exitum quo pro vt noſtra vita nuſq̄ decidat.i.non cadat in aliquo graui peccato.ſed perhenni gloria ſcꝫ illa que eſt ſine peccato ſcꝫ premium mortis ſacre inſtet nobis per remiſſionem peccatorum.

L ucis creator optime:lucem dierum proferens:primordijs lucis noue: mundi parans originem.

Materia huius hymni eſt inuocatio quā facit beatus Gregorius ad dn̄m vt ſicut precepit mane iunctum veſperi vocari diem ita vt audiat p̄ces noſtras et commendat diem dominicuꝫ per opus qđ quotidie factum eſt.et in eodem die vt

ibi fuit lux ⁊ facta ē lux.et idcirco dixiſti fiat lux et facta lux eſt.O optime creator lucis id ē filij tui vel angelorum proferens.i.tribuens lucem id eſt filium tuum dierum.i. apoſtolorū tuorum qui dies vocantur parans originem ſcꝫ quādo dixiſti fiat lux.i. inicium noue lucis primordijs mundi.i.apoſtoli qui lux interpretantur.Unde dicitur vos eſtis lux in iſta vita illuſtrantes omnia.vos eſtis ſal terre condientes moruꝫ temperantiam.ipſi apoſtoli paſtores ſunt populoruꝫ omnia conſeruantes.

Qui mane iunctum veſperi:diem vocari precipis:tetrū chaos illabitur:audi p̄ces cuꝫ fletibꝰ

Et quia tu precipis mane iunctum veſperi vocari diem.i.diem ⁊ nocteꝫ.qui es dies naturalis vnde dictum eſt factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus.vel aliter.tu qui precipis mane iunctum veſperi vocari diem.i. deitatem iunctam carni noſtre que obſcura eſt vt veſperum vocari dieꝫ id eſt xp̄m qui eſt verus dies.tetrum chaos.id ē nox ⁊ peccatum ⁊ obſcuritas viciorum illabitur id eſt cadit in nos.⁊ ideo audi p̄ces noſtras cuꝫ fletibus.i.cum deſiderijs lacrimarum.

Ne mens grauata crimine:vite ſit exul munere
dum nil perhēne cogitat:ſeſeq̄ culpis illigat.

Dico audi preces noſtras ⁊ quare ne mens.i.

anima noſtra ſit ponderata crimine.i. peccato viciorum ⁊ hoc eſt ne mens grauata.i.ponderata crimine.i.peccato ſit exul.i. alienata munere dono eterne beatitudinis vite.i. xp̄i qui es vita dum nil perhenne cogitat.i. perpetuum ſed illigat.i.illaqueat ſeſe culpis viciorum.

Celoꝝ pulſet intimum:vitale tollat premium:vitemus omne noxium:purgemus omne peſſimū.

Ergo ⁊ nos debemus accipere xp̄m vel eternā beatitudinem ⁊ vt hoc fiat mens pulſet.i.inquirat intimum celoꝝ.i.xp̄m vitale premium.id ē eternam beatitudineꝫ ergo vitemus omne noxium.i.omne peccatum quātuꝫ ad corpus.purgemus omne peſſimum.id eſt omne peccatuꝫ quātum ad animam.

t E lucis ante terminum:rerū creator poſcimꝰ:vt ſolita clemētia:ſis p̄ſul ad cuſtodiā

Materia huius hymni eſt deum deprecari in inceptione noctis.vt ſicut deprecamur deuꝫ in inceptione diei vt cuſtodiat nos per totam dieꝫ ita in inceptione noctis vt nos cuſtodiat per totam noctem deum deprecamur. O rerum creator poſcimus.i.petimus te ante terminum lucis id eſt anteꝙ̄ de mundo exeamus vel anteꝙ̄ dies recedat vt ſis preſul.i. cuſtos vel ſpeculator ac cuſtodia.vel ſis preſul ad cuſtodiam. id eſt ad

cuſtodiendam animam.

Procul recedant ſomnia:⁊ noxium fantaſmata hoſtēꝗ noſtꝝ cōprime: ne polluantur corpora.

Dico ſis preſul ad cuſtodiam vt procul recedant ſomnia.i.longe ſint a nobis remote illuſiones demonum vel praue delectationes carnis. ⁊ fantaſmata.i.occulte deceptiones vel ſuggeſtiones vel noxium apparitiones.i. malignoꝝ ſpirituum. Nox diuiditur in ſex partes ſcꝫ ſero. conticinium.intempeſtuꝫ.gallicinium.crepuſculum.mane. Sero eſt quando nox imminet. Cōticinium eſt hora quādo homines cubitum pergunt. Intēpeſtum eſt quando nihil operantur. Gallicinium eſt quando galli emittunt voces. Crepuſculum eſt quando dubium eſt inter dieꝫ ⁊ noctem. Mane eſt quando aurora apparet. et comprime noſtrum hoſtem.i. dyabolum vel carnem ne corpora noſtra polluantur ſcꝫ malo vel corporali pollutione.

c hriſte qui lux es et dies: noctis tenebras detegis:luciſꝗ lumen crederis:lumen beatum predicans.

Materia huius hymni eſt ꝙ deprecari debemꝰ deum vt det nobis quietam noctem ⁊ defendat a perfido hoſte. et oculi ſic ſomnum capiant ꝙ cor ſemper ad deum vigilet.et hoc eſt O chriſte

qui es lux angeloruȝ ꝛ illuminator omnium ſan
ctoruȝ.vnde ipſe dixit:ego ſum lux mundi.dies
id eſt chriſtus qui illuminat omnem diem ꝛ pa-
rat omnem lucem. Cum autem mirabile ſit qꝛ
ſicut pater eſt lux:ꝛ ſpiritꝰ ſanctus ſit lux:nō ta-
men tres luces. Sed pater ꝛ filiꝰ ꝛ ſpiritꝰ ſanctꝰ
vna ꝛ inſeparabilis eſt lux. ſicut ꝛ in hac dictio
ne que eſt lux:ſunt tres lr̄e ꝛ vnus ſonus.cui ad
ſignificationem ipſius ſenſus aliquid addi vel
minui non poteſt. Sic quoqꝫ cum tres perſone
ſint vna ē deitas naturaliter cui addi vel minui
non poteſt.non enim deus tres luces quia ſi ver
ſe eſſent iam lux vna non eſſet. Nam quicquid
corporaliter diuidi poteſt in illa ſubſtantia que
diuerſionem non patitur non poteſt dici.'et dete
gis.i.aperis tenebras.i.peruerſucias noctis.i.
dyaboli.et crederis lumē lucis.i. patris tu dico
predicans.i. permittens apoſtolis beatum lu-
men.i.ſpiritum ſanctum.

Precamur ſancte domine: defende nos in hac
nocte:ſit nobis in te reqes:quietā noctē tribue.

O ſancte domine qui dominaris precamur.i.
rogamus te protege.i.defēde nos a vicijs ꝛ ab
inſidiatoribns noſtris.i.demonibus qui vt leo-
nes rugientes circuunt quem deuorant in hac
nocte.i.preſenti vita et requies ſit nobis vite.i.

requieſcamus tecum in celeſti regno ꝛ tribue.i.
concede quietam noctem.i.trāquillā ꝛ ſecuraȝ.

Ne grauis ſomnus irruat:nec hoſtis nos ſurri-
piat:ne caro illi ꝯſenciens:nos tibi reos ſtatuat

Ne grauis ſomnus.i. ne graue peccatum vel
delectatio peccati irruat.id ē opprimat nos nec
hoſtis.i.dyabolus ſurripiat.i. fraudulenter de-
cipiat nos ne caro noſtra illi conſentiens ſcilicȝ
dyabolo in peccato nos ſtatuat reos. id eſt faci
at eſſe culpabiles tibi.i.in domino quia domi-
nus noſter eſt ſm naturam.

Oculi ſomnum capiant:cor ad te ſemper vigi-
let:dextera tua ꝓtegat:famulos qui te diligunt

Quāuis dico ꝙ grauis ſomnus non irruat tñ
non dico ꝙ oculi ſomnuȝ nunc capient imo ali
quantulum capiant ꝛ hic oculi ſomnum capiāt
id eſt aliquantulum capiant. vel refociletur cor
id mens ſemper vigilet ad te ꝛ o tu domine dex
tera tua.i.auxilium tuum protegat famulos ſcȝ
qui te diligunt.

Defenſor noſter aſpice:inſidiātes reprime:gu-
berna tuos famulos:qͦs ſāguine mercatꝰes.

Defenſor noſter aſpice nos ꝛ reprime inſidiā
tes.i.demones qui ſemper inſidiantur nobis et
ꝙ maligni ſpiritus ſemper ſunt parati inſidiari
nobis ꝛ nocere ꝛ animas iugulare. ꝛ id petimꝰ

vt deus eos reprimat ⁊ reſtringat ne tamen no
cere valeāt quātuꝫ. Et notanduꝫ eſt ꝙ maligni
ſpiritus tres habent habitationes.ſ.in inferno
in terra.in aere. Illi qui in terra manent:diui
duntur in duabus partibus ⁊ vocantur ſerue.⁊
ſerues.ſerue in nocte ledunt.ſerues auteꝫ in die
guberna.i.rege nos tuos famulos quos merca
tus es.i.redemiſti tuo ſanguine. Et nota ꝙ diu
per peccatuꝫ ſerui fuimus modo per xp̄m liberi
facti ſumus.quia nec auro corruptibili.ſed pro
prio ſanguine ſuo nos redemit.

Memento noſtri dn̄e:in graui iſto corpore:qui
es defenſor anime:adeſto nobis domine.

Et qr redempti ſumꝰ ſanguine dn̄i ideo nō de
bemꝰ voluptati noſtre ſatiſfactionē facere.ſed
preceptis eiꝰ pro ſalute noſtra noſmetipſos one
rare ⁊ iugiter applicare.vnde dauid. Preceptū
dn̄i lucidum illuminans oculos meos. O domi
ne memento noſtri in graui iſto corpore.i. cor
ruptibili.qui es defenſor anime o tu dn̄e adeſto
nobis.i.eſto ad defenſionem noſtram.

S omno refectis artubꝰ:ſōno cubili ſurgimꝰ
nobis pater canētibꝰ:adeſſe te depoſcimꝰ

Materia huiꝰ hymni eſt ꝙ debemus ſurgere de
lecto.i.de peccato.⁊ deprecari deuꝫ vt dimittat
nobis peccata noſtra ſcꝫ p̄ſētia.p̄terita.futura.

Cuꝫ facimꝰ inuocationeꝫ ad deum patrē:ſic de
bemus dicere. O deus pater refectis artubus
ſomno.i.ſenſibꝰ noſtris repletis immūdana de
lectatione.ſurgamꝰ ſpreto cubili.i.ipſa delecta
tione qr poſtꝙ̄ fuerint membra noſtra refocila
ta ſomno ⁊ reparata virtute:debemꝰ cum ſindig
natione ſpernere.⁊ ad dei ſeruicium feſtinare.⁊
tunc deꝰ aderit nobis depoſcimꝰ.i.dep̄camur te
adeſſe.ſ.p̄ſentē.nobis canētibꝰ.i.laudātibus.

Te lingua primū cōcinat:te mētis ardor ambi
at:vt actuū ſequētium:tu ſancte ſis exordiuꝫ.

Et ideo nō ſolum corde ſed etiaꝫ lingua te de
precamur o dn̄e ⁊ hoc lingua noſtra cōcinat.i.
laudet te primuꝫ.i.maxime ſuper omnia.ardor
id eſt amor mentis noſtre ambiat.i. deſideret te
et ad quid. vt tu ſancte pater ſis exordium.id ē
principium noſtrorum actuum ſequentium. vt
omnis noſtra actio ad te ſemper incipiat.et per
te cepta finiantur.

Cedant tenebre lumini: et nox diurno ſideri:vt
culpa quaꝫ nox intulit:lucis labeſcat munere.

Tenebre.i.vicia peccata cedant.i.locuꝫ dent
ſideri.i.chriſto vt culpa.i.peccatum quā nox in
tulit nobis.i.dyabolꝰ labeſcat.i.euaneſcat.mu
nere.id eſt gracia lucis. id eſt chriſti vel ſpiritꝰ
ſancti facit repetitionem.

Precamur ideꝫ ſupplices:noxas vt omnes am
putes:⁊ ore te canentium:lauderis imperpetuū
Nos ſupplices.i.humiles precamur idem.id ē
illud ⁊ ad quid vt amputes. id eſt auferas om
nes noxas.id eſt omnia peccata et vicia vt lau
deris imperpetuum ore canentium te.

ſplendor paterne glorie:de luce lucem pro
ferens:lux lucis ⁊ fons luminis:dies dieꝫ
illuminans.

Materia huius hymni eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ
ſancti credulitas ⁊ tantū pater ſit in filio ⁊ filiꝰ
in patre ⁊ procedēs ab vtroqꝫ. Et per hanc cre
dulitateꝫ rogamus vt confirmet.i.conferat no
bis ſuam graciam vt ſit nobis cibus et potus.
O xp̄e.i.ſplendor paterne glorie.i.patris.quia
per patrem glorificatur proferens lucem.id eſt
ſpiritum ſanctum de luce.i. de patre vel profe
rens manifeſtans lucem.id eſt de ipſuꝫ eternaꝫ
lucem venientem in hunc mundum de luce pa
terna.O lux.id eſt filius lucis.i.patris ⁊ fons ⁊
origo luminis vel ſpiritus ſancti.tu dico dies il
luminans diem. id eſt illos quos predicatione
apoſtolorum facis illuminari.

Veruſqꝫ ſol illabere:micans nitore perpeti:iu
barqꝫ ſancti ſpiritꝰ:infunde noſtris ſenſibus.
Et o tu xp̄e qui es verus illabere. id ē deſcēde
micans nitore perpeti.i.prope tuo lumine virtu
tum et infunde.i.mitte iubar.i.ſplendoreꝫ ſpiri
tus ſancti noſtris ſenſibus.i.noſtris mentibꝰ vt
non ſolum vocemus te filium ſed patrem.

Votis vocemꝰ te patrē perhēnis glorie patrem
potentis gracie culpam releget lubricam.
Et non ſolum vocemus te filium ſed votis vo
cemus.id eſt precemur te patreꝫ perhennis glo
rie ⁊ perpetue:quia infinita erit ⁊ quia vocemꝰ
vt pater potētis gracie releget. id eſt reſtringat
vel mittat in exiliū culpā lubricā.i. libidinem q̄
facit hominem cito labi de bono ad malum.

Informet actꝰ ſtrēnuos:dentē retūdet inuidi:
caſus fecūdet aſperos:donet gerendi graciam
Dixi ꝙ inuocemus ⁊ quare:vt pater informet
id eſt cōponat actus ſtrennuos.id eſt honeſtos
ſcilicet bonas operationes. ⁊ retūdat.id ē fran
gat dentem.id eſt fortitudinem inuidi.i.dyabo
li et quemadmodum aliquis mordet eſcam.ita
dyabolus mordet ⁊ ſeducit xp̄ianos operando
mala in eis et fecundet. id eſt faciat proſperos
caſus noſtros aſperos ſcilꝫ caſtigando nos ſe
piſſime faciant fecundare.donet nobis graciaꝫ
gerendi.i.paciendi eodem caſus aſperos.

Menteꝫ gubernet ⁊ regat: caſto fideli ⁊ corpo
re:fides calore ferueat:fraudis venena neſciat.

100

Modo conuertit ſe ad fideles.q.d.merito vt filius infundat nobis iubar ſancti ſpiritus qr ſicut ille vtilis nobis vt gubernet.i.regat mentem.id eſt animam noſtram ꝛ regat caſtam in fide catholica.fideli corpore ſancte eccleſie vt fideles noſtra ferueat.id eſt ardeat calore caritatis vel amore ſpiritus ſancti. et neſciat venena id eſt hereſes fraudis.id eſt dyaboli.

Chriſtuſqꝫ nobis ſit cibus: potuſqꝫ noſter ſit fides:leti bibamꝰ ſobriam:ebrietatem ſpiritus.

Ut mens ſit neſcia fraudis:xp̄s ſit nobis cibus id eſt predicatio dei que faciat nos.i. mētes noſtras vt cibus faciat corpus.ꝛ hͨ ita comeſtione id ē p̄dicatione habeamꝰ potū.i.fidē. Fides eſt caritas p̄dicationis qꝫ p ꝛ xp̄s ſit cibꝰ celeſtis et fides ſcꝫ catholica ſit noſter potꝰ.leti.i.alacres vel hilares.bibamꝰ ſobriam ebrietatem.i. eſtatē ſcꝫ infuſionem ſpiritꝰ ſancti vt nos ſeruet a peccato.ebrietas ſpiritꝰ eſt ſobria.i. tēperata ꝛ modeſta qr homines inflāmat amore dei et ſeruat ab amore peccati.qr ſicut ille qui ebrius eſt obliuioni tradit omnia nec recordat̄. Sic qui plenus eſt ſpiritu ſancto vel gracia ſpiritus ſancti omnia mundana obliuiſcitur.

Letus dies hic tranſeat:pudor ſit vt diluculum fides velud meridies:crepuſculū mens neſciat.

Hic dies.id eſt preſens vita leta tranſeat.id ē exterminetur letus dies.i.xp̄s adueniat ad nos ꝛ pudor.id eſt caſtitas ſit vt diluculum.i. vt aurora luceat.fides ſit velud meridies et ferueat amore ſpiritꝰ ſancti ſicut meridies feruet.ꝛ mēs crepuſculum neſciat.i.peccatum qr crepuſculuꝫ eſt lucis.i.diei et noctis.

Aurora curſus prouehit:aurora totꝰ prodeat: in patre totus filius:ꝛ totus in verbo pater.

Amor.i.pater prouehit curſus.i.ducit filiū ſuum ad ſui ſuperiora aurora ꝓdeat.i.manifeſtet̄ totus in ſubſtantia deitatis.qr filius eſt in ſubſtantia deitatis.totꝰ eſt in patre.ꝛ pater totꝰ in verbo.i.in filio quia totus vnus eſt deus.

i mmenſe celi conditor:qui(mixta ne cōfunderet)aque fluenta diuidens: celum dediſti limitem.

Materia huius hymni eſt inuocatio quā facit auctor vt quemadmodū xp̄us aquas ab aquis in ſecunda die ſeparauit.p̄tem in terra reliquit et partē in celo attulit propter nimietatē aque. ideo qr terra ꝯfuſa erat.et vt calor ſolis diſſiparet res mūdanas. ita diuidat mētes nr̄as a malis operibꝰ. Sed q̄ritur cur p̄teꝫ attulit in celū ꝛ ad quid d̄r in celū igneū ꝛ celū igneū eſt. Ignis leuis materie eſt. et ideo ſi non interpoſuiſſet

aliquod firmamentum totam terram leuiter cō
bureret. Et ſi queratur qualiter aque manēt ſu
per ignem. Auguſtinus dicit ꝙ fortitudo ignis
aquā coagulat ⁊ coartat. Item querit̄ ſi celum
mobile ē ⁊ rotundū. quomō aque manēt ſurſuꝫ
Ambroſius dat hoc exēpluꝫ. qꝛ multa corpora
exterius ſunt rotunda: que interiꝰ ſunt quadra
ta. ⁊ ſic pōt eſſe celū. Celeſtes nāqꝫ nature ignee
ſunt. vnde ſpiritꝰ dicitur purꝰ ether. qꝛ rogus. i.
ignis niſi vnda ſuperioris ⁊ inferioris aque tē
peraret totā terrā incenderet: ⁊ ruptā in pulue
rem diſſiparet. O xp̄e ꝯditor imenſe. i. ſine mēſu
ra celi o xp̄e qui diuidēs fluēta aque. i. aquarū
curſus. ne. i. ꝯfuſa cōfunderēt ſup faciēꝫ terre. i.
ꝯfuſioneꝫ faceret celū dediſti limitem. i. terminū
inter aquas ſuperiores et inferiores.

Firmās locuꝫ celeſtibꝰ: ſimulqꝫ terre riuulis: vt
vnda flāmas temperet: terre ſoluꝫ ne diſſipet.

Tu dico firmans locum inter aquas celeſtes
et aquas terreſtres. celeſtibus. id ē angelis vel
aquis. ⁊ ſimul riuulis terre. i. fluminibus vel pec
catoribus vt vnda aque temperet flammas. i.
ignem firmamenti ne flamme diſſipant ſolū ter
re. ſolum. id eſt ſoliditatem.

Infunde nunc piiſſime: donū perhēnis gracie:
fraudis noue ne caſibꝰ: nos error atterat vetꝰ.

O tu piiſſime infunde nūc. i. in preſenti donū
perhennis gracie. i. ſpiritus ſancti. ne error ydo
latrie vel originale peccatum. vetus. i. antiquū
atterat. i. conterat nos caſibus noue fraudis. i.
hereſis vl' dyaboli. nouus dicit qꝛ nullus alius
peccauerat per originale peccatum.

Lucem fides inueniat: ſic luminis iubar ferat:
hec vana cūcta terreat: hāc falſa nll'a cōprimāt

Fides noſtra inueniat lucem tuaꝫ o tu chriſte
⁊ inueniendo ferat iubar. i. ſplendorem ſpiritꝰ
ſancti luminis. i. xp̄i. ⁊ ferendo iubar tribuat ſe
nobis hec. id eſt fides terreat cuncta vana. id ē
cunctam prauitatem hereticam. nulla falſa cō
primat. i. deprimat hanc ſcꝫ fidem.

c onſors paterni luminis: lux ipſe lucis ⁊ di
es: noctem canendo rumpimus: aſſiſte po
ſtulantibus.

Materia huius hymni eſt ſurrectio noctis. ⁊ ſi
cut nos ſurgendo rumpimus noctem: ita xp̄us
ſurgendo rupit mortem. i. vincit peccatum. vel
ſicut dies aduenens noctis vmbras effugit ſic
aduenìente vero lumine xp̄us viciorꝫ. i. pecca
torum tenebras cōpulit: ⁊ totum mundum illu
minauit. O xp̄e conſors. i. equalis vel conſcius
eius nature quia eſt pater. quia vnuꝫ eſt lumen
patris ⁊ filij et ſpiritus ſancti paterni luminis.

O tu xp̃e conſors lucis tu ipſe lux.i.filiꝰ lucis.i.
patris.⁊ dies dierũ omniũ luminũ rũpimꝰ noc
tem.i.peccatũ canendo.i.laudando te. Et ideo
aſſiſte poſtulantibus te cum precibus.
Aufer tenebras mentium:fuga cateruas demo
nũ:expelle ſõnolentiam:ne pigritãtes obruat.
Aufer tenebras.id eſt ignorantias mentiũ no
ſtrarum.fuga cateruas demonum.i. aues ma
lignorum ſpirituum.expelle ſomnolentiam.id ē
anime pigriciam.ne illa ſomnolentia.id eſt pec
catorum dormitio.obruet.i.precipitet pigritan
tes.i.in peccatis dormientes.
Sic xp̃e nobis oĩbus:indulgeas credentibꝰ: vt
proſit exorantibus: qđ precinentes pſallimus.
Sic.id eſt taliter.o chriſte indulgeas.id eſt mi
ſerearis omnibus credentibus nobis vt qđ pre
cinentes.id eſt laudantes pſallimus ore ſcilicet
et corde proſit exorantibus.id eſt proficiat no
bis deprecantibus.
a les diei nuncius:lucem propinquam pre
cinit nos excitator mentium:iam chriſtus
ad vitam vocat.
Materia huius hymni eſt exortatio chriſti ad
nos vt ſurgamus a vicijs ⁊ adhereamus virtu
tibus et premittit exemplum alitis.id eſt galli.
Sicut enim galli cantus nos excitat vel vocat

ad diem venientem:ſic xp̃us excitat mentes no
ſtras ⁊ vocat nos per ſcripturas ſuas prenunci
ens ꝙ in proximo eſt venturus. vnde bene dicit
Surgite ⁊ vigilate quia neſcitis diem neq̃ ho
ram ⁊c̃.Ales.id eſt gallus nũcius diei precinit
id eſt predixit lucem.id eſt diem.dicit nobis pro
pinquat chriſtus excitator mentium noſtrarum
vocat nos ad vitaʒ iam.i.iam ad ſe vocat nos.
Auferte clamat lectulos:egros ſopore deſides
caſtiq̃ recti ac ſobrij:vigilate iaʒ ſuʒ proximus
Chriſtus clamat.id eſt vocat ⁊ precipit nobis
auferte.id eſt relinquite lectulos dicens.o deſi
des.id eſt o pigri relinquite lectulos egros.id ē
carnalitatem vel corda veſtra ſopore.id ē pec
cato. Et vigilate caſte nõ poſtulantes.recte nõ
tortuoſe.ſobrie non ebrie. Et bene debetis fa
cere hoc quia ego chriſtus iam proximus ſum
vobis. vel ſm̃ aliam litteram. o caſti anima et
corpore.et o recti verbo et opere et ſobrij.id eſt
temperati cibo et potu.vigilate iam ſum proxi
mus.
Jheſum ſciemus vocibꝰ:flẽtes precãtes ſobrie
intenta ſupplicatio dormire cor mũdũ vetat.
Et quia xp̃us eſt proximus o fratres ſciamus
id eſt vocemus iheſum.vos dico flentes.i.dep̃
cantes illũ ſobrie.i. ſine oĩ feditate intenta ſup

plicatio.i.aſſidua deprecatio vetat cor mūdum dormire.i.in aliquo mortali peccato manere.

Tu xp̄e ſomnū diſcute:tu rūpe noctis vincula: tu ſolue peccatum vetus: nouūq͡ȝ lumē ingere.

O tu xp̄e diſcute.i.diſſipa vel diſcute.i. diuide ſomnum.i.peccatum vel dyabolum ne nos deci piat.et tu rumpe diſcuciendo vincula noctis.i. dyaboli vel penas inferni.que dicuntur nox vt nos non decipiant:tu ſolue peccatum vetus.i. originale ⁊ ingere.i.immitte nouum lumen.id ē ſpiritum ſanctum qui dicitur nouum.quia eiciē do a nobis vetera nos renouat.

t elluris ingens conditor:mundi ſoluȝ qui eruens: pulſis atq͡ȝ moleſtijs: terram de diſti immobilem.

Materia huius hymni eſt deprecatio quam fa cimus ad deum.vt ſicut deus pater fecit celuȝ ⁊ terram. et diuiſit ſuperiora ab inferioribus ita ſua pietate noſtra peccata dimittat. et ſicut de dit terram immobilē vt faceret fructum gratuȝ ita faciat membra noſtra acceptabilia ad fruc tificanduȝ ſibi.⁊ hoc eſt. O ingens conditor tel luris.i.totius orbis.qui eruens.i.diuidens ſolū mundi ab aquis.i.ab inferioribus ⁊ a ſuperio ribus.atq͡ȝ pro ⁊ dediſti terram immobileȝ:⁊ hͦ pulſis moleſtijs.i.elemētis q̄ valō moleſta erāt

dum intereſſent confuſa.id eſt ſimul mixta.

Ut germen aptū p̄ferēs:fuluis decora florib9 fecunda fructu ſiſteret:paſtū q͡ȝ gratū redderet.

Ut germen illa terra ſciȝ proferens.i.produ cens germen aptum.i.congruum hominibus ſi ſteret id ē permaneret fecunda.id ē abundans fructu acceptabili.illa dico decora id eſt ſpecio ſa fuluis floribus.i.rubeis ⁊ albis q͡ȝ pro et red deret gratum paſtum.i.cibū acceptabilem tam hominibus q̄ pecudibus.

Mentis peruſte vulnera:munda vigoris gra cia:vt facta fletu diluat:motuſq͡ȝ p̄uos atterat.

O chriſte munda.i.purga vulnera peruſte mē tis.i.peccata vel flāmas peccati.et hoc gracia vigoris.i.ſpiritus ſancti.vt diluat facta.i.emun det peccata omiſſa fletu.i.corde gemitu atterat id eſt auertat prauos motus.i.refrenet noſtros prauos actus.

Juſſis tuis obtēperet:nullis malis approximet bonis repleri gaudeat:⁊ mortis actum neſciat.

Et mens illuminans obtemperet iuſſis tuis.i. obediat mandatis tuis vel preceptis.⁊ non ap proximet.i.non accendat ad te malis vllis ſciȝ operibus.ſed gaudeat impleri bonis operib9. et neſciat actum mortis.id eſt cognoſcat morta le peccatum vel penas inferni.

r erum creatoꝛ optimé: rectoꝛq; noſter aſpi
ce:nos a qete noxia:merſos ſopoꝛe libera

Materia hui9 hymni eſt inuocatio ad deum vt dignetur criminibus noſtris ignoſcere. vt ſicut ſurgim9 de lecto ⁊ rumpim9 noctē:ſic xp̄s rumpat peccata noſtra ⁊ hoc eſt. O optime creatoꝛ omnium rerum. et o rectoꝛ noſter aſpice nos.i. libera nos a quiete noxia.q2 qui carni oblectāt noxia ſūt ſancte anime.nos dico merſos.i.obrutos ſopoꝛe.i.peccato q2 miſeri ſum9 in illo.

Te ſancte xp̄e poſcim9:ignoſce tu criminib9:ad
cōfitendū ſurgim9 moraſq; noctis rumpimus.

Ideo petim9.i.deprecamur te o tu ſancte xp̄e ignoſce.i.parce culpis omnibus.et alia littera. ignoſce tu criminibus noſtris omnib9 quia tibi peccauimus ſurgimus de virtute in virtutem.ſ. ad confitendum tibi peccata ⁊ rumpimus moras.i.impedimenta noctis.i.dyaboli.

Mentes manuſq; tollim9:pphetā ſicut nouim9
nobis gerendū pꝛecipit:pauluſq; geſtis cenſuit

Tollimus.i.ſubleuamus mentes.i. cogitationes ⁊ manus.i.operationes ſicut nouimus pꝛophetam ſcȝ dauid pꝛecipit.i.iubet nobis gerendum.i.faciendum ⁊ ſurgendum noctib9 dicens Media nocte ⁊c̄. Paulus cenſuit in ſcripturis ſuis indicauit dicēs. hoꝛa ē iam nos de ſomno ſurgere.geſtis.i.factis ſuis. quia in nocte laborabat ⁊ in die pꝛedicabat. Et nota q̄ paul9 pl9 laboꝛabat ceteris apoſtolis quia in nocte calatos faciebat ⁊ quod inde vel alio laboꝛe habere poterat pauperibus erogabat. ⁊ ideo habet verſus in hiſtoꝛia ſua.

Uides malū qd̄ geſſim9:occulta nr̄a pādim9 p̄
ces gemētes fundim9: dimitte qd̄ peccauimus.

Et q2 es creatoꝛ omniū rerum vides malum quod geſſimus.i.facimus. ⁊ quia vides:ideo pādimus occulta noſtra.i.peccata ſcȝ per confeſſionem gementes.i.ſuſpirantes fundim9 tibi pꝛeces.et ideo dimitte.id eſt dona nobis hoc quod peccauimus.i.delinquimus.

n ox ⁊ tenebre ⁊ nubila:ꝯfuſa mūdi ⁊ turbida
hic intrat albeſcit pol9: xp̄s venit diſcedite

Materia huius hymni eſt exclamatio quā facimus contra dyabolum. ⁊ ad peccata ipſa diuerſa vt recedant a nobis quia xp̄us deſcendit dicens. O nox.i.o dyabole ⁊c̄. Nox multis modis accipitur.aliquando pꝛo ira.pꝛo tempoꝛe.et ꝑ dyabolo. ⁊ ꝑ obſcuritate. Et notate q̄ ꝑ tot nominib9 ſimul colligit ſcȝ nox ⁊ tenebre et nubila ⁊c̄.q2 tenebraꝝ terroꝛes voluit exagēdo expꝛimere. ⁊ o tenebre.i.o peccata ⁊ nubila diſcoꝛdie hereticoꝛum ⁊ turbida mundi.id ē turbationes

et ſeditiones confuſa.i.permixta diſcedite.i. re-
cedite.quia ſicut nox diem.⁊ ſicut columba an-
cipitrem.⁊ ſicut puer ſerpenteȝ:ſic peccata iuſti
ciam.⁊ dyabolus xp̄m fugit. Recedite inquam
⁊ bene debetis.qꝛ lux.i.xp̄us intrat mentes fide
lium.polus.i.corpus albeſcit.id eſt niteſcit bo-
nis operibus.quid dicam per ſingula chriſtus
venit in corda noſtra.
Caligo terre ſcindit̄:ꝑcuſſa ſolis radio:ſpeculo
rebuſqȝ iam calor:reddit vultu nitenti ſyderis.
Caligo terre.i.obſcuritas noſtra vl' ſecreta he
reticorum diuiduntur.i.ſcinduntur.caligo dico
percuſſa ſolis ſpeculo aſpectu xp̄i.i.diuino ver
bo.⁊ calor.id ē vigor ſpiritus ſancti qui receſſit
propter preſentiam tenebraruȝ iam reddit ani
malibus noſtris vultu nitenti ſyderis.id eſt ſplē
dore ſpiritus ſancti qui eſt verus ſol.
Te xp̄e ſoluȝ nouim⁹:te mente pura ⁊ ſimplici:
flēdo ⁊ canēdo q̄ſum⁹:intende nr̄is ſenſibus.
O chriſte nouimus te ſolum redemptorem et
illuminatorem te ⁊ non alium pura mente ⁊ ſim
plici.i.ſine ypocriſi. queſumus flendo peccata
et canendo.i.laudando te.intende.i.prebe aſſē
ſum noſtris precibus.i.intentionibus.
Sūt multa fuſcis illita:que luce purgētur tua:
tu lux eoy ſyderis:vultu ſereno illumina.

Multa.i.multe virtutes ſunt illita nobis.id ē
iuncta vel vncta fuſcis.i.nigris coloribus. Fuſ
cus dicitur falſus color qui mixtus inter alios
colores obfuſcat nos que omnino purgent̄ tua
luce.i.tuo ſplendore.bene dico tua luce quia o
tu xp̄e es lux eoy ſyderis.id ē orientalis ſcilicet
patris.et ideo illumina nos ſereno vultu. id eſt
claritate ſpiritus ſancti.
c eli deus ſanctiſſime:qui luciduȝ centrum
poli candore pingis igneo:augens deco-
re lumine.
Materia huius hymni eſt laus quā cōſona vo
ce ſcȝ corde ⁊ opere tenemur deo ꝑſoluere ideo
ſcȝ qui ad vtilitatem noſtri omnia conduxit. vt
celum ⁊ terram ⁊ multa alia. Primo fecit celum
⁊ terram poſtea mare quarta die ſolem ⁊ lunaȝ
⁊ cetera. Ita ad brauium ſue remunerationis
nobis p̄terita ⁊ preſentia dimittendo peccata
nos ad ſui amoris graciaȝ faciat peruenire. O
ſanctiſſime deus celi.qui pingis.i. decoras luci
dum poli centrum.i.ſpacium vel punctum poli
vel zodiacum per queȝ ſigna decurrunt.zodias
animal interpretatur.centrum eſt medietas ſpe
re.hic poſuit centrum pro toto celo. id eſt par-
tem pro toto. igneo candore. id eſt ſplendore.
tu dico augens decoro lumine ſcȝ vnū decorem

vt vnum diem ſit lumen cum pictura ſtellarum.
Quarto die qui flammeam:ſolis rotam conſti-
tuens:lune miniſtrans ordinem: vagos recur-
ſus ſyderum.

Tu qui cōſtituens rotā ſolis flāmeā.i.ardētez
quarto die. Notanduz eſt ꝙ ꝑ quatuor dies mū
dus ſine ſole permanſit. Prima die facta eſt an
gelica creatura. Secunda die celum ⁊ aer. Ter
cia die terra et aqua. Quarta die ſol et luna.
Quinta die piſces ⁊ aues. Sexta die animalia
⁊ homines. ⁊ tu es miniſtrās.i. tribuens ordinē
lune ⁊ vagos ſyderum recurſus ordini ſyderuz
qꝛ nō currunt curſu eodez ſemper ſtelle. vl' quā
tuz ad planetas eſt vagus curſus. Alius eſt cur
ſus lune. Alius curſus ſolis. Alius ſyderum.
Ut noctibus vl' lumini:direptionis terminū:pri
mordijs ⁊ menſiū:ſignuz daret notiſſimum.

Et quare vt luna daret terminum direptionis
id eſt ſeparationis vel diuiſionis noctibus vel
etiam lumini.i. diei vt daret notiſſimum ſignuz
primordijs.i. principijs menſium quia menſis
habet.xxx.dies vel plus vel minus.
Illumina cor hominū:abſterge ſordes mentiū:
reſolue culpis vinculū:euerte molis criminum.

Et qꝛ tu feciſti hec oia illumina cor hominū ⁊
abſterge ſordes.i. prauas cogitationes mentiū

noſtrarum ⁊ reſolue culpe vinculuz ⁊ euerte mo
les criminū.i. magnitudines peccatorum.
Nox atra rerū ꝯtegit:terre calores oīm:nos
ꝯfitētes poſcimꝰ:te iuſte iudex cordium.
Materia huius hymni eſt rogare deum vt ipſe
caliginem mentis ac corporis a nobis expellat
Rogamꝰ etiam in hoc clementiam dei. vt nos
defendat ab hoſte antiquo ⁊ expellat intrinſe-
cam obſcuritatem mentis ⁊ corporis et caligi-
nem et ſui luminis claritatem concedat. Atra
nox vel dyabolus vel peccatum contegit.id eſt
obtenebrat calores.id eſt illuminationes omni
um rerum terre. hoc neceſſe nec vtile eſt vbi mo
rari. vt ſcimus ꝙ noctis obſcuritas omnia cōte-
git. calores herbarum ⁊ ceterarum reruz in ſuis
profundis tenebris obducit ⁊ ſepelit. Sed cuz
hoc ſit nunc ꝙ lucē ſyderi habeamus in mēte. ⁊
hoc in medijs noctibꝰ.i. qn̄ mūdus ſedet in tene
bris:⁊ plꝰ creſcunt incendia carnis. ſurgamꝰ cō
fitentes deū ſcz iudicē cordium noſtrorꝫ. Roga
mus iudicem:vt auferat a nobis caliginem pec
catorum. et det nobis ſue gracie dulcedinē. Et
ideo nos confitentes tibi peccata noſtra: poſci
mus te.i. poſcimus ea que ſunt vite ſcilꝫ miſeri-
cordiam te dico o iuſte iudex cordium ſcilꝫ ani-
marum noſtrarum. et quare.

Tu auferas piacula: ſordeſqʒ mentis abluas:
doneſqʒ xp̄e graciā: vt arceantur crimina.

Ut auferas piacula.id ē grauia peccata bis ꝛ abluas mentis ſordes.i.ſuggeſtiones dyabolicas que pungunt nos. et o xp̄e dones graciam ſancti ſpiritus ꝛ ad quid vt crimina arceantur id eſt expellantur.ꝛ quare.

Mēs ecce torpet ipia: quā culpa mordet noxia
obſcura geſtit tollere: ꝛ te redemptor querere.

Dico ꝙ expellantur crimina et quare qꝛ ecce mens impia.i.peccatrix torpet.i. pigreſcit quaʒ mentem culpa noxia.id eſt mala mordet ꝛ mens geſtit.i.cupit tollere.i. depellere a ſe obſcura.i. peccata ꝛ geſtit te querere o redemptor.

Repelle tu caliginem: intrinſecus ꝙ maxime: vt
in beato gaudeat: ſe collocari lumine.

Et quia geſtit te repellere intrinſecus.i. ex anima caliginem.i.cecitatem peccati ꝙ maxime.i. inicium.vt illa mēs gaudeat ſe collocari in beato lumine.i.in eternam beatitudinem.

L ux ecce ſurgit aurea: pallens fatiſcat ceci
tas: que noſmetipſos inpreces: diu errore
traxit deuio.

Hymnus iſte continetur ſuperiori hymno. ſed intentio verſus eſt hec.ſcʒ ne oculi peccent. Hic ponitur anapeſtus pro ſpondeo.ꝛ ſpondeus ſecundo loco ponitur pro iambo. Nox vſqʒ modo texit calores terre: ſed modo diſcedit. quia ecce lux aurea.i.euangelica predicatio ſurgit in corda noſtra.et ideo omnis cecitas pallens. id eſt dyabolus fatiſcat. id eſt euaneſcat. quia cecitas traxit.id duxit noſmetipſos inpreces.id eſt in ruinam vel inprecipicium diu.id eſt multum deuio errore.

Hec lux ſerenum conferat: puroſqʒ nos preſtet
ſibi: nihil loquamur ſubdolum: voluamus ob-
ſcurum nihil.

Dixit ꝙ lux ſurrexit.et ideo hec lux ꝯferat nobis ſerenuʒ.i.v̄tutem ſpirit9 ſancti.ꝛ preſtet nos puros.i.puritatem anime ſibi.i.ad honoreʒ ſibi et hoc ſic: nihil loquamur ſubdolum.i.effecti deceptum et nihil voluamus obſcurum.i. nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies nec lingua mendax nec
manus oculi nec peccent lubrici nec noxa cor-
pus inquinet.

Tota dies.i.totū tempus vite noſtre decurrat ſic: vt nō loquēdo ſubdolū nec lingua mēdax ſit id ē nec dicat mēdaciū nec man9 peccēt.i. nō faciāt aliquid mali.nec oculi lubrici peccent.i. vidēdo illicita.nec noxa.i.culpa corruptionis inquinet nec polluat corpus noſtrum.

Speculatoꝛ aſtat deſuper qui nos diebꝰ oibus
actuſq; nr̃os pꝛoſpicit:a luce pꝛima in veſperũ
Et nolite peccare qꝛ ſpeculatoꝛ.i.dñs aſtat.i.
pꝛoſpicit deſuper.id eſt de celo.nos omnibꝰ die
bus.id eſt quotidie et actus noſtros. id eſt pꝛi-
ma luce.id eſt a natiuitate pꝛoſpicit in veſperũ
vſq; in noctem.

Magne deus potentie: qui ex aquis oꝛtum
genus:partim remittis gurgiti:partim le
uas in aera.

In hoc hymno ꝯtinetur quid deꝰ fecit in quin-
to die ſcȝ creauit piſces ⁊ aues ex aqua.⁊ ipſoꝝ
que ex aqua fecit partim miſit gurgiti vt piſces
partim leuauit in aera vt aues. Creauit quoq;
cete grandia:benedixitq; eis dicens.Creſcite et
multiplicamini et replete aquas maris. aueſq;
multiplicentur ſuper terram. piſces et aues de
aqua ſunt oꝛti.Sed quia aues nõ cõmeduntur
in omni tempoꝛe vt piſces qd̃ ideo fit.quia per
coitum generantur vt nos generamus qd̃ non
eſt in piſcibus.vel qꝛ ſunt calidioꝛis nature per
fractionẽ ꝯcipiũt in apꝛili. Intẽdit etiaȝ autoꝛ
rogare deũ vt nos qui ſumꝰ abluti ſacro baptiſ
mate ſic ſeruet nos vt neſciamꝰ lapſus criminuȝ
⁊ vt mala culpa nõ depꝛimat nos.i.criminalia
peccata ⁊ hoc eſt.O deꝰ magne potentie qui re
mittis genꝰ.i.piſces ⁊ aues.genꝰ dico oꝛtum ex
aqua.i.ex aqua baptiſmatis.partim gurgiti.i.
in mari.i.in inferno vt piſces.i.malos hoies.et
leuas partim i aera vt aues.i.bonos homines
quaſi diceret.Sicut in aera aues collocaſti:ita
in celo homines vel ſanctos.

Dimerſa limphis impꝛimens:ſubuecta colo ir-
rogãs:vt ſtirpe vna ꝓdita:diuerſa rapiãt loca

Tu dico impꝛimens.i.ſubmergens dimerſa.i.
deoꝛſum merſa.vt piſces.i.malos homines lim
phis.i.aquis infernalibus.et irrogans.i.ſuble-
uans ſubuecta.i.ſurſum vecta vt aues.i. puros
homines.pꝛodita.i.oꝛta vna ſtirpe.id ẽ in vna
baptiſmate renati rapiant.i. accipiant diuerſa
loca vt aera et aquarum.id eſt vitam eternam ⁊
eternam damnationem.

Largire cũctis ſeruulis:q̃s mũdat vnda ſangui
nis neſcire lapſus criminũ:nec ferre moꝛt tediũ

Et tu qui oia feciſti largire.i. tribue hoc ſcilȝ
neſcire lapſus criminũ.i.caſuȝ illũ qui in baptiſ
mo dimiſſꝰ ẽ quibꝰ.ſ. cũctis ſeruulis tuis q̃s vn
da ſanguinis tui mũdat a pctõ.nec ꝑ ⁊ et nõ:et
tribue nõ ſcire tediũ moꝛtis.i.penam dyaboli.

Ut culpa nullũ depꝛimat:nullũ leuet iactancia:
eliſa mẽs nec ꝯcidat: eleuata mẽs nec coꝛruat.

Ad hoc largire vt culpa.i.graue peccatuȝ nõ

deprimat.i.aggrauet vel arguat vllum xp̄ianū
et iactantia.i.ſuperbia de bonis nō leuet.i.non
extollat vllū⁊ mens eliſa a vicijs nō concidat.i.
non incidat in deſperationeꝫ.nec pro ⁊ eleuata
mens.i.inflata ꝑ ſupbiā nō corruat in infernuꝫ

t U trinitatis vnitas: orbem potenter qui
regis:attende laudum cantica: que excu-
bantes pſallimus.

In hoc hymno:nos hortatur autor de ſomno
ſurgere:⁊ medelam viciorum querere. Intēdit
etiam in hoc hymno ipſam trinitatem laudare
vel inuocare. per quā mundus regitur vt imple
at nos ſuo lumine vt quicquid peccauimꝰ frau
de demonum.ipſe xp̄us abſtergat celitus ⁊ hoc
eſt.O tu vnitas.id eſt o tu ſancte ſpiritus qui ꝓ
cedis a patre et a filio trinitatis vnus deus in
trinitate qui regis.id eſt qui gubernas potētia
tua.id eſt potenter orbem.i.munduꝫ.intende.i.
reſpice vel auſculta laudum cantica. id eſt car-
mina hymnorum noſtroruꝫ que cantica excubā
tes.i.vigilantes pſallimus.i.cantamus.

Iam lectulo ꝯſurgimꝰ:noctis quieto tēpore:vt
flagitemꝰ vulneruꝫ:a te medelam omnium.

Iam conſurgimꝰ omnes lectulo.id ē deſidia.
lectus dicitur ab electus⁊ mollibus herbis ſup
q̄s antiqui requieſcebant quieto tp̄e.i.in horis

noctis ⁊ ad quid vt flagitemus.id eſt implore-
mus ad te medelam omnium vulnerum.id ē in
dulgentiam omnium peccatorum noſtrorum.

Quo fraude quicquid d̄monū:in noctibꝰ delin
quimꝰ:abſtergat illud celitꝰ:tue poteſtas glorie

Quo pro vt et vt poteſtas glorie tue.i.tue lau
dis abſtergat.i.abluat celitus.i.diuinitus illud
peccatū.i.quicquid viciorꝫ.i.peccatorꝫ delinqui
mus.id eſt fraude vel deceptione demonum in
noctibus.i.in tenebris viciorum.

Nec corpus aſſit ſordidū:nec torpor inſtet cor-
diū:⁊ criminis cōtagio:tepeſcat ardor ſpiritus

Nec pro ⁊ et pro non noſtrum corpus non ſit
ſordidum.i.pollutum vel fetidum nec torpor.i.
pigricia vel malicia cordium noſtrorꝫ inſtet no-
bis ⁊ cōtagio.i.macula criminis nō aſſit nobis
et ardor ſpiritus.i.amor vel gracia ſpiritꝰ ſācti
non tepeſcat.i.non deficiat in nobis.

Ob hoc redemptor queſumus:reple nos tuo lu
mine:ꝑ q̄d dieruꝫ circulis:nullis ruamur actibꝰ

Ut amor tue gracie non deficiat in nobis ob
hoc.id eſt propter hoc:o redemptor queſumus
te reple nos tuo lumine.id eſt ſplendore per q̄d
lumen non ruamur vllis actibus.id eſt non ca-
damus vllis peccatis.circulis. id eſt in reuolu-
tionibus dierum.

e terna celi gloria:beata ſpes mortaliũ:cel
ſi tonãtis vnice:caſteꝗ proles virginis.
Materia huiꝰ hymni ẽ inuocatio ad xp̃m filiũ
beate ꝟginis vt dignetur nobis ſuaʒ miſericor
diam tribuere dextram porrigere: vt mereamur
corroborationeʒ fidei ſpei ⁊ caritatis obtinere
⁊ hoc eſt. O xp̃e tu dico eterna gloria celi.i.an
gelorum vel q2 pater ꝑ te glorificat̃. et o beata
ſpes mortalium.i.xp̃ianoꝝ.⁊ o vnice celſi tonã
tis.i.celeſtis patris ſm̃ diuinitateʒ.⁊ o proles.i.
filij caſte virginis ſm̃ humanitatem.
Da dexterã ſurgẽtibꝰ:exurgat et mens ſobria:
flagrãſꝗ in laudẽ dei: grates repẽdat debitas
Da dexteram.i.auxilium tuum nobis ſurgen
tibus a vicijs et ita mens noſtra ſobria.i. abſti
nens exurgat ſcʒ ad laudem tuam ꝗ pro et ille
flagrans.id eſt ardens in laudem. id eſt in com
memorationem dei rependat. id eſt perſoluat
debitas grates in hymnis et canticis deo om
nipotenti.
Natus refulget lucifer:ſparſamꝗ luceʒ nũciat
cadit caligo noctiũ:lux ſancta nos illuminet.
Lucifer ſcʒ ſtella matutina.id eſt xp̃us natus
refulget.id eſt nunciat mundo.ſparſaʒ lucem.i.
natam ⁊ vere nũciat q2 caligo noctium.i.obſcu
ritas dyaboli vel nitor cadit.⁊ ideo lux.i. xp̃us

ſancta ſãctificatione nos illuminet lumine ſpi
ritusſancti ⁊ ſanctificet nos ⁊ ſaluet nos.
Manenſꝗ noſtris ſenſibus:noctem repellat ſe
culi:omniꝗ fine diei:purgata ſeruet pectora.
Ut ipſa lux manens noſtris ſenſibus.i.in no
bis qui habemus quinꝗ ſenſus corporeos re
pellat a nobis noctem.i.dyaboluʒ ſeculi huius
mundi.⁊ illa nox ſeruet pectora noſtra purga
ta a vicijs omni fine die.i.oi tẽpore vite noſtre.
Queſita iaʒ primũ fides:radicet nr̃is ſenſibꝰ:ſe
cũda ſpes cũ gaudeat:qua maior extat caritas
Fides queſita a nobis in baptiſmo iaʒ primũ
id ẽ cito ideo dicit primũ q2 fides prima cogno
minatur inter ꝟtutes in illo loco vbi dicit fides
ſpes ⁊c.radicet.i.ponat radices ſenſibꝰ noſtris
altis.i.profundis vel ſecũda ſpes a fide.i.pſpe
ra per quã ſpem ſperamꝰ vitaʒ congaudeat ſcʒ
qua fide ⁊ ſpe caritas extat maior. Juxta illud
Maior autem horum eſt caritas.
p laſmator hominis deus:qui cunctã ſolus
ordinãs:quod fecit hominum iubes:pro
ducere reptantis ⁊ fere genus.
Jn hoc hymno cognoſcitur illud qđ fecit deus
in ſexta die.creatis ſiquideʒ omnibus reptilibꝰ
ſcʒ piſcibꝰ auibꝰ ⁊ alijs beſtijs.ſ.ſexta die forma
uit deus adam ⁊ prefecit oibus aialibꝰ dicens.

Creſcite et multiplicamini et replete terram.et
dominamini piſcibus maris et volatilibus celi
et vniuerſis que viuunt ſuꝑ terram.poſuitqꝫ euꝫ
in paradiſo deliciaruꝫ: vt operaretur ⁊ cuſtodi
ret illud. Intendit itaqꝫ auctor rogare deum vt
ſicut fecit hominem ſuperioreꝫ cunctis animan
tibus ſic faciat vt non ſit inferior animalibus
propter peccata ſua. Cur homines creauit q̊s
malos futuros preſciebat. qꝛ ſicut preuidit ꝙ
mali eſſent facturi:ſic etiam preuidebat de ma-
le factis eorum quid boni ipſe futurus eſſet vel
quid boni homines eſſent futuri et hoc eſt. O
deus plaſmator.i.creator hominis ſcꝫ ade qui
ſolus ordinans cuncta.i.diſponens iubes pro-
ducere.i.oberrare promittis humum.i. eccleſiā
ſcꝫ bonos ⁊ malos homines. Eccleſia eſt cōgre
gatio fidelium.⁊ genus reptantis vt ſerpentuꝫ
et fere beſtiarum.

Qui magna rerum corpora:dictu iubentis viui
da:vt ſeruiāt ꝑ ordinē:ſubdens dediſti homini.

Et o tu deus qui feciſti dictu iubentis.i.verbo
filij tui magna corpora.i.iumenta.pecora.beſti
as.omnium rerum diuerſarum.viuida.i. anima
ta.⁊ ſubdens.i.ſupponens illa animalia dediſti
homini vt ſeruiant per ordinem.i.vt omnia ani
malia ſuppoſita ſint homini et vt comederent

illa animalia ſcilꝫ boues.oues.lepores.et por-
cos.⁊ talia.et vt illa equitarent vt equos ⁊ mu
los.et ſic de ceteris.

Repelle a ſeruis tuis:quicquid ꝑ immūdiciam
aut moribus ſe ſuggerit:aut actibꝰ ſe interſerit.

Et o deus repelle a ſeruis tuis quicquid ſug-
gerit.i.infert ſe per immundiciam.i. per aliquā
ſuperfluitatem vel per ſordidam comeſtionem
moribus vt eſt aliquis qui poſtq̄ incipit pecca-
re nequid ſe abſtinere ſed vult ſemꝑ perſeuera-
re.aut interſerit ſe.i.miſcet actibꝰ.i. homicidijs

Da gaudiorum premia:da graciaruꝫ munera
diſſolue litis vincula:aſtringe pacis federa.

Da premia.i.remunerationem gaudiorū eter
norum.da munera graciarum.i. dona ſpiritus
ſancti diſſolue vincula litis. id eſt peccata odij
aſtringe.i.coniunge.federa pacis. id eſt contu-
bernia ſuperne pacis.

S umme deꝰ clementie:mūdiqꝫ factor machi
ne:vnꝰ potentialiter:trinuſqꝫ ꝑſonaliter.

Materia huius hymni eſt cognitioneꝫ habere
trinitatis in vnitate ⁊ vnitatis in trinitate. In-
tendit etiam auctor rogare deuꝫ.vt cingat lum
bos noſtros cingulo caſtitatis ⁊ adurat.id ē in
flāmet vl' repleat corda noſtra igne ſpiritꝰ ſācti
vt caſto corpore ⁊ mūdo deo ſeruire mereamur

O deus ſumme clemencie. id ē alte pietatis ⁊ o
ſanctorum machine.i.cōpoſitor mundi.tu dico
vnꝰpotentialiter.i.in potentia ſm diuinitatem.
⁊ trinus perſonaliter.i.trinus in perſonis.
Noſtros pius cū canticis:fletꝰbenigne ſuſcipe:
quo corde puro ſordibꝰ:te perfruamur largiꝰ
Et tu prꝰnoīatus ꝓ vacatiuo ſuſcipe benigne
noſtros fletus.i.lacrimas cū canticis.i.cū hym-
amicus intimus ſponſi.id ẽ xp̃i fideliſſimus cla-
ruit.i.clarus factus eſt.
Hec nos ſequi dona deus per exempla parci-
moie:tu robur auge mẽtiũ dãs ſpiritale gaudiũ
Et quia iſti facti ſunt ſancti vel beati. O deꝰ
hec dona nobis vt nos poſſumus ſequi ſola ex
empla eorum parcimonie.id eſt abſtinentie cibi
⁊ potus.⁊ tu auge robur.i.fortitudinem mentiũ
dans ſpiritale gaudium.
Preſta pater per filium: preſta per almum ſpi-
ritũ:cũ his p euũ triplici:vnꝰ deus cognomine.
O pater preſta nobis hec ſcz que ſupra oraui
mus tu dico exiſtens vnus deus per euum.id eſt
in eternum cum his ſcz filio ⁊ ſpiritu paraclito
duplici cognomine.
e x more docti miſtico ſeruemus hoc ieiuni-
um:deno dieruz circulo ductu quater no
uiſſimo.
Materia huius hymni eſt ꝯmendatio ieiunij ⁊
hortamur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire.⁊ hoc tem
pore ieiunij in orationibus ⁊ bonis operibꝰ plꝰ
q̃ alijs diebus vt inde habeamꝰ vitam eternaz
⁊ hoc eſt. O fratres ſeruemus hoc ieiunium in
quo modo ſumꝰ ſcz caſte ⁊ honeſte nos docti.i.

inſtructi ex more.i.ex conſuetudine miſtico.i.fi-
gurato.ieiunium dico ductuz nouiſſimo.i.in no
uiſſime.circulo. id eſt reuolutione quaterdeno
dierum.i.per.xl.dies.
Lex ⁊ pphete primitꝰ: hᵒ pertulerũt poſtmodũ:
xp̃s ſacrauit omniũ rex atq; factor temporum.
Lex data per moyſen ⁊ prophete ſcz helias et
alij.pertulerunt hoc ieiunium et xp̃us ſacrauit
illud poſtmodum.i.poſtea quia per.xl.dies ieiu
nauit donans nobis exemplum vt in tempore
valeamus redimere totius anni ieiunando per
xl.dies ⁊ a malis abſtinendo ⁊ bene debemus ie
iunare qr prophete ieiunauerunt ⁊ xp̃us ⁊ lex ⁊
factor omnium cõſecrauit illud ieiunando.
Utamur ergo partius:verbis cibis ⁊ potibꝰ: ſõ
no locis ⁊ artius:perſtemus in cuſtodiam.
Et quia prophete ⁊ poſtea xp̃s conſecrauit hᵒ
ieiunium.vtamur ergo parcius.i.temperantius
q̃ſin alijs diebus verbis malis. ⁊ cibis ⁊ potibꝰ
id eſt a ſuperfluitate comeſtionis ⁊ ebrietate qr
mediante crapula in penis labimur. ⁊ vẽter me
ro eſtuans de facili ſpumeſcit in libidinem ⁊ nõ
ſolum in iſtis vtamur parcius. ſed etiam iocis il
licitis artius.i.ſtrictius ⁊ perſtemus.i.perſeuere
mus in cuſtodia anime noſtre.
Uitemꝰãte peſſima:queq; ſubruũt mẽtes vagas

nullumq; demus callido hoſti locum tirãnidis.

Dico ꝙ relictis vicijs perſtemus in cuſtodiaȝ virtutum ⁊ vitemus.i. abiciamus a nobis ante id eſt. in pꝛimo peſſima.id ē peccata vel pꝛaua opera que ſubruunt mentes vagas.i.aggrauãt ꝙ pꝛo ⁊ nõ demꝰ vllũ locũ.i. vllã cauſaȝ nocẽdi callido hoſti.i.dyabolo tirãnidis.i. crudelitatꝭ

Dicamus omnes cernui: clamemus atq; ſinguli ploꝛemus ante iudicem: flectamus iram vindicem.

In hoc hymno hoꝛtatur autoꝛ vt rogemꝰ deũ cũ pꝛecibus et lacrimis vt ipſe auertat a nobis iram ſuã. ⁊ remittat nobis delicta noſtra ⁊ hoc eſt. Nos omnes dicamꝰ cernui.i.pꝛoſpiciat ꝙ p et ſinguli.i.nos omnes clamemꝰ voce intermiſſa ante iudicem.i.pꝛeſentiam xp̄i qui eſt futurꝰ iudex iudicare viuos ⁊ moꝛtuos ⁊ ſeculum p ignẽ ⁊ quare dico ꝙ clamemus ſcȝ vt flectamus iraȝ vindicem ⁊ vindictam accipiet de cõmiſſis.

Noſtris malis offendimus: tuã deus clementiã effunde nobis deſuper remiſſoꝛ indulgentiam.

O deus nos offendimus.id ē irritamus tuam clementiam.i.tuam benignitateȝ contra noſtris malis.i.carnalibus operibus.⁊ qꝛ tu pius ⁊ miſericoꝛs es ⁊ dixiſti. nolo moꝛtem peccatoꝛuȝ ſȝ vitam. et vt conuertantur et viuant per coꝛdis

compunctionem o remiſſoꝛ.i.condonatoꝛ delictoꝛum effunde.id eſt emitte nobis deſuper.i. de ſuperno ſolio indulgentiam peccatoꝛum.

Memento ꝙ ſumus tui licet caduci plaſmatis: ne des honoꝛem nominis tui pꝛecamur alteri.

Et mittere debes de celo nobis veniam quia nos redemiſti ſanguine tuo. et ideo memento o domine qꝛ tui ſumꝰ redempti licet ꝑ q̃uis caduci plaſmatis.i. fragilis nature.qꝛ de limo terre ⁊ pꝛecamur te dñe ne tu des.i. permittas alteri id eſt inimico humani generis honoꝛem nominis tui ſcilicet nos quia nomine tuo chriſte chriſtiani vocati ſumus.

Laxa malũ qđ geſſimꝰ: auge bonũ qđ poſcimꝰ placere quo tandẽ tibi: poſſumꝰ hic ⁊ perpetim.

Et qꝛ alter nõ debet occupare honoꝛẽ tui nominis rogamus te laxa.i.dimitte nobis malum id eſt peccatum qđ geſſimus.id eſt qđ male perpetrauimus et auge.id eſt augmenta bonuȝ qđ poſcimus a te.quo pꝛo vt poſſumus. id eſt valeamus placere tandem.id eſt hic in pꝛeſenti id ē in conſpectu tuo et perpetim.i. perhenniter.

Preſta beata trinitas.

Vexilla regis pꝛodeunt: fulget crucis miſterium: quo carne carnis conditoꝛ: ſuſpenſus eſt patibulo.

Materia huius hymni eſt talis vt dicit beatus ambroſius. Paſſio dñi venit ⁊ quia venit debemus de paſſione aliquid agere. ⁊ qꝛ debem9 aliquid dicere ergo dicamus. Vexilla regis. vexilla dñi ſunt iſta. baptiſmus de quo ipſe dicit. Niſi qui renatus fuerit ⁊c̄. Jtem vexilla ſunt corpus ⁊ ſanguis eius. Unde ipſe dicit. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊c̄. Conſtructio. vexilla. i. ſigilla: regis. i. xp̄i prodeunt. i. apparent: miſterium. i. ſacrificium ſcꝫ paſſio xp̄i vl' crucis fulget qꝛ expugnauit dyabolum quo miſterio conditoꝛ. i. creatoꝛ carnis ſuſpenſus ē patibulo et hoc carne pro humano genere vel in carne ſua propria.

Confixa clauis viſcera: tendēs manus veſtigia redemptionis gracia hic immolata eſt hoſtia.

Ego dixi ꝙ xp̄us ſuſpenſus eſt patibulo. i. cruce ⁊ ideo xp̄s immolata eſt hoſtia. vel talis ē littera ſcꝫ in ara crucis gracia redemptionis. id ē ſaluatio humani generis tendens. i. extendens manus ſcꝫ ſuas in cruce ⁊ tendens veſtigia ſanguinis ipſi9 ⁊ per hoc notat ꝙ ſanguis fluerat per totum corpus ipſius. tendens dico viſcera numerabilia qꝛ intātuꝫ fuit extēſus xp̄us in cruce: ꝙ omnia membra ipſius poterant numerari confixa. i. perforata clauis. claui enim ſunt poſiti in manibus ſuis ⁊ pedibus. ⁊ lancea in latere ⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aqua. exinde dico vel manauit ſanguis redemptionis ⁊ aqua baptiſmatis. ex quibus nos xp̄iani regeneramur in fōte ⁊ in ſacro baptiſmate.

Quo vulneratus inſuper: mucrone dire lancee: vt nos lauaret crimine: manauit vnda ſāguine.

Ecce miſterium crucis fulget per totum mundum quia per crucem habemus altare. per corpus xp̄i hoſtiam per ſanguineꝫ vinum. ⁊ per ſudorem aquam ex quibus ſacrificium facim9 ſingulariter. qꝛ ex immolatione crucis ſibi fit altare: ⁊ ideo per crucem habemus altare in quo ſacrificamus. quo. i. in quo patibulo. ⁊ vulnerat9 inſuper ſcꝫ ſuper clauos mucrone. id ē acumine lancee dire. i. crudelis. ⁊ ad quid ad hoc ſcilꝫ vt nos lauaret a crimine. i. a peccato: vnda. i. aqua manauit. id eſt perfluxit cum ſanguine.

Jmpleta ſunt que concinit: dauid fideli carmine: dicēdo nationib9: regnauit a ligno deus.

Et eo tempoꝛe perpetrata ſunt que ſcripta ſūt de xp̄o per prophetas. Unde ip̄e ſumens acetū in cruce cuꝫ ſpongia dixit cōſūmatum eſt. ⁊ hoc eſt. Qd̄ dauid concinit. i. prophetauit fideli carmine in pſalterio ſunt impleta iſta. dicēs in nationibus. i. in gentibus diuerſis. ⁊ de9 regnauit

a ligno.id eſt a paſſione ſurrexit.
Arbor decora ⁊ fulgida:ornata regis purpura
electa digno ſtipite tam ſancta mēbra tangere.
Et qꝛ pependit in cruce poſſumꝰ proferre vo
cem admirationis. O quātū fuit ornata arbor
decora.i.pulchra:⁊ fulgida.i.ſplēdida: ornata
id eſt decora:purpura regis.i.purpureis mem-
bris xp̄i. Arbor dico electa tangere.id eſt ſuſti-
nere tam ſancta membra. digno ſtipite.id eſt
ſancto trunco.
Beata cuiꝰ brachijs ſecli pependit preciū:ſtate
ra facta corporis:predamq̄ tulit thartaris.
Vere beata fuit arbor vel crux in qua pepen-
dit precium mundi ſcilicet chriſtus: brachijs.i.
cornibus cuius.id eſt crucis.precium ſecli intus
pependit. Arbor dico ſtatera.id eſt libra corpo
ris chriſti:tulit predam thartaris ⁊ deſcendens
dominus de cruce ad thartara nullum de ſuis
ibi reliquit. In hoc loco ſermo dirigit̄ ad crucē
O crux aue ſpes vnica:hoc paſſionis tempore:
auge pijs iuſticiam:reiſq̄ dona veniam.
Et quia es ſtatera facta. O crux aue.id eſt ſal
ue.tu dico vnica ſpes noſtra:auge. id eſt multi-
plica iuſticiam pijs.id eſt pietatem habentibus
hoc tempore paſſionis.⁊ dona veniam.i.remiſſi
onem peccatorum ſcilicet reis.

Te ſumma deus trinitas:collaudet omnis ſpi-
ritus:quos per crucis miſterium: ſaluas rege ꝑ
ſecula amen.
Et quia nos redemiſti tuo ſanguine: ideo o
ſumma trinitas.id eſt o deus omnipotens om-
nis ſpiritus collaudet te et quos ſcilicet homi-
nes per miſterium crucis.id eſt per paſſionem:
ſaluas.id ē liberas rege per ſecula cuncta amē
p Ange lingua glorioſi:preliū certaminis
et ſuper crucis tropheum:dic triumphū
nobilem qualiter redemptor orbis:immolatus
vicerit.
Hymnus iſte continuatur ſuperiori. dixerat
enim q̄ dominus poſitus fuit in cruce et latus
eius perforatum et ſic deprecamur eum q̄ ſicut
mortuus eſt.id eſt ſicut corpus quod aſſumpſit
in virgine et in cruce dimiſit. et ad inferna deſ-
cendit cum dyabolo pugnauit ⁊ eum ſuperauit
ſic faciat nos vincere cuncta nobis aduerſaria
ſcilicet dyabolum ⁊ mundum et concupiſcentia
ſua.⁊ domeſticum inimicum ſcilicet carnem. de
qua dicitur. Quanto familioſior tanto pericu-
loſior. O lingua pange. id eſt manifeſta preli-
um certaminis glorioſi. id eſt victoriam quam
chriſtus obtinuit moriendo ſm̄ carnem quādo
vicit mortem morte ſua. vnde ipſe ait. O mors

ero moꝛs tua ⁊c.et ſuper tropheuꝫ ſcꝫ de victo
ria crucis dic triumphum nobilem de inimicis
fugatis qualiter redemptoꝛ.i. liberatoꝛ totius
mundi immolatus in ara crucisvicerit.i.vincit
dyabolū.Et nota ꝙ ante paſſionē xp̄i dyabolꝰ
duas manus.id eſt duas poteſtates ſcilꝫ in coꝛ-
poꝛe et in anima hominis habuit. qꝛ quoſdam
in coꝛpoꝛe ⁊ in anima: quoſdaꝫ tantū in anima
poſt moꝛtem tēpoꝛalem trahebat ad ſe. ſed mo
do poſt paſſionem vnam habet ſcilicet de dua-
bus poteſtatibus amiſit vnam.

De parentis pꝛothoplauſti:fraude facta con-
dolens:quādo pomi noxialis moꝛte moꝛſu coꝛ
ruit:ipſe lignū tūc notauit:dāna ligni vt ſolueret

In hoc loco apoſtrophat ſe autoꝛ ſi aliquis
foꝛte diceret quare fuit immolatus xp̄us.reſpō
ſio ſic.qꝛ condoluit de deceptione pꝛimi paren-
tis ſcꝫ ade ⁊ hoc eſt.Chriſtꝰ condolens fraude
facta fraudulenti parentis noſtri ade pꝛotho-
plauſti.i.pꝛimi foꝛmati quando coꝛruit pꝛimꝰ
parens moꝛte.i.in moꝛtem et hoc moꝛſu vetidi
pomi noxialis.i. nociui ipſe xp̄us tunc notauit
pꝛeoꝛdinando ſignauit lignum ſue crucis vt ſol
ueret.i.recuperaret damna ligni ſcilꝫ que vene
rant per lignum.i.pomum vetidum.

Hoc opus noſtre ſalutis: oꝛdo depopoſcerat

multifoꝛmis:pꝛoditoꝛis ars vt artem falleret ⁊
medelam ferret inde hoſtis vnde leſerat.

Bene dico ꝙ xp̄us tunc notauit lignum vt ſol
ueret damna ligni quia nullo alio modo pote-
ramus recuperari.⁊ hoc aggreditur dicere.Oꝛ
do ſalutis noſtre depopoſcerat hoc opus ſcꝫ vt
deus carnem ſumeret ⁊ patibulum crucis ſubi-
ret.Per lignum damna ligni ſoluerētur:vt ars
id eſt deus qui eſt artifex omnium rerū falleret
id eſt deſtrueret artem multifoꝛmis pꝛoditoꝛis.
id eſt dyaboli vt illa res ferret medelam.i. ſalu
tem omnium gentium inde.id eſt ex illa re ſcili-
cet a ligno vnde.id eſt de quo ligno hoſtis.id ē
dyabolus leſerat.id eſt nocuerat.

Quando venit ergo ſacri plenitudo tempoꝛis:
miſſus ē ab arce patris natꝰ oꝛbis cōditoꝛ atqꝫ
ventre virginali caro factus pꝛodijt.

Ergo quando.id eſt poſtꝙ plenitudo tempo-
ris. id eſt quando vltima etas venit.i. quando
deus ſacrificauit filium:conditoꝛ oꝛbis.i.xp̄us
natus miſſus eſt ab arce patris in munduꝫ atqꝫ
factus caro vel carnalis pꝛodijt.i. exijt de ven-
tre virginali. Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula
pulcher ⁊ olens ac ſuauis naſcitur: ita chriſtus
ſine ſemine et ſine crimine de vtero virginis ma
rie pꝛodijt.

Vagit īfans inter arta:poſitus preſepia: mē-bra pānis inuoluta:virgo mater alligat:pedes manuſqꝫ crura ſtricta cingit faſcia.

Infans.id eſt chriſtus poſitus inter arta.id ē anguſta preſepia vagit.id eſt plangit. Et nota ꝙ vagire eſt proprium puerorum. virgo maria mater ſua alligat membra ſua inuoluta pānis et faſcia.id eſt vitela cingit pedes et manus et crura ſtricta.

Gloria et honor deo: vſquequo altiſſimo: vna patri filioqꝫ inclito paraclito cui laus eſt ⁊ po-teſtas:per eterna ſecula amen.

Gloria et honor deo ſit vſqueq̄ altiſſimo vna id eſt equaliter patri⁊ filio:inclito.i. glorioſo ⁊ paraclito.id eſt ſpiritui ſancto ſit laus et gloria ſimiliter equalis gloria coeterna maieſtas ⁊ tribus perſonis et vni deo cui laus eſt ⁊ poteſtas per eterna ſecula amen.

l uſtra ſex qui iam peracta tempus implēs corporis ſe volēte natus ad hoc paſſioni deditus agnꝰin cruce leuatur imolādus ſtipite

Nota ꝙ luſtra dicitur ſpacium quinqꝫ annorū et dicitur a luſtrando eo ꝙ romani luſtrabant per ſpacium quinqꝫ annorum in capite totam romam. ⁊ nos ſimiliter per quinqꝫ etates debe-mus luſtrare totam romam ſcꝫ ſanctaꝫ eccleſiā

vincentem inimicos. Hymnus iſte ſic continuatur.chriſtus carnaliter erat.xxx. annorum cum eſſet deditus paſſioni. Luſtra ſex ⁊c̄. Et nota accuſatiui vel ablatiui caſus poſſunt ibi legi. Ablatiui ſic leguntur.xp̄us qui eſt implens tempꝰ id eſt etatem corporis humani ſex luſtris iam ꝑactis.et eſt ibi litote caſus pro caſu. melius tamen eſt vt accuſatiui legantur ſic. chriſtus qui eſt implens tempus.id eſt etatem corporis humani ſcꝫ per ſex luſtra iam peracta. natus ſe volente.id eſt ſponte natus ad hoc vt pateretur. agnus.i.xp̄us ſine macula deditus paſſioni leuatur in cruce a iudeis immolandus. id eſt ſacrificandus ſtipite.id eſt ligno.

Hic aceto fel arundo:ſputa clauis lancea:mite corpus perforatur:ſāguis vnda profluit terra pontus aſtra mūdus quo lauantur flumine.

Hic.id eſt in cruce dederunt ei fel mixtum cuꝫ aceto arundo.id eſt calamus traditur ei in ſignum deriſionis pro ſceptro.et preter hec ſputa adhibita ſunt ei.corpꝰ mite.i.ſuaue perforatur cum clauis ⁊ lancea:⁊ inde ſanguis⁊ vnda.id ē aqua profluit.id eſt exiuit de corpore eius:quo flumine.i.pro qua ſanguinis effuſione terra.i. humiles pontus.i.fluctuantes vicio.aſtra.id ē iuſti.⁊ mundus.id eſt mundani:lauantur.id eſt

purgantur. Per aquam debem⁹ intelligere baptiſmum. Per ſaguinem criſma. et dicunt quidaꝫ ꝙ angeli boni purgati ſunt de labe quã habuerunt de illis qui ceciderunt. vt lucifer ⁊ ſui complices. ⁊ ideo dicit aſtra.

Crux fidelis inter omnes: arbor vna nobis: nulla ſilua talem profert: fronde flore germine: dulce lignuꝫ dulces clauos: dulce pondus ſuſtinet

Et quia redemit nos in cruce leuatus: omnes debemus clamare. O crux fidelis arbor inter omnes es vna. id ē ſola nobilis: qꝛ nulla ſilua profert talem arborem fronde. id eſt protectionem. flore. i. decore germine. i. radice. vł flore. i. xp̄s qui vocatus eſt flos a prophetis. quia ſicut flos procedit ſine feditate vel aliqua putredine ita xp̄us ex vtero virginis proceſſit ſine aliquo peccato. Dulce lignum fuit illud: quod ſuſtinet dulces clauos xp̄i ⁊ dulce pondus. i. xp̄m.

Flecte ramos arbor alta tenſa laxa viſcera ⁊ rigor lenteſcat ille queꝫ dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tendas ſtipite.

Et precium mūdi pependit in te: ideo o arbor alta flecte. i. humilia ramos. i. brachia crucis et lapſa. i. relapſa viſcera xp̄i tenſa. i. extenſa in te et ille rigor. i. duricia lenteſcat. i. molleſcat queꝫ rigorem natiuitas. i. natura dedit tibi vt tendas

ſtipite. i. in cruce miti. i. humili mēbra ſupni regi

Sola digna tu fuiſti ferre ſecli preciuꝫ: atqꝫ portum preparare nauta mundo naufragio: quem ſacer cruor perunxit fuſus agni corpore.

Tu ſola fuiſti digna. ſ. ferre preciū ſeculi. id ē ſuſtinere illū qui fuit appreciat⁹ triginta argenteis. atqꝫ preparare portum quaſi nauta mūdo naufragio. i. periclitato. i. omnibus periclitātibus quē mūdū ſacer cruor. i. ſanct⁹ ſanguis perunxit. i. mundauit ille dico fuſus de corpe agni.

Gloria ⁊ honor deo vſquequo altiſſimo ⁊c̄.

c horus noue hieruſalem noua melli dulcedinem promat colēs cum ſobrijs: paſchale feſtum gaudijs.

Metrū eſt iambicū. Autor eſt ambroſius ⁊c̄.

Materia huius hymni eſt inuitare ad laudem feſti paſchalis: cum militauerimus contra dyabolum. Dicit ergo chorus noue ⁊c̄. Notanduꝫ eſt ꝙ primo vocabatur ciuitas illa iebus. ſecundo iebuſalem. tertio ſalem. quarto hieruſalem. preſignificatur multiplex hominis ſtatus. Jeb⁹ enim interpretatur conculcamen. ⁊ hoc eſt quādo aliquis in adoleſcētia intonſus efficitur. Jebuſalem interpretatur pax conculcationis et hᵒ eſt quando aliquis habitat ⁊ delectatur in predictis. Salem interpretatur pax. ⁊ hoc ē quādo

aliquis reuerſuꝰ eſt a vicijs. Hieruſalem inter⸗
pretatur viſio pacis. ⁊ hͦ eſt qn̄ aliquis fruetur
celeſti gaudio. Un̄ hoc nomen hieruſalem qua
tuoꝛ modis accipitur ad lr̄am. Hieruſalem eſt
illa ciuitas paleſtine. Anagogice hieruſalez eſt
eccleſia triūphans. ſ. choꝛus celeſtis patrie. In
hoc loco accipitur ſic. choꝛus noue hieruſalē. i.
noue anime. ſ. cuiuſlibꝫ hominis bene innouati
⁊ purgati a vicijs pꝛomat nouam dulcedinem
melli. i. dulce melos. Meluꝫ dicit̄ a mel qꝛ ſicut
mel fit ex diuerſis generibus rerum. ita ⁊ meluꝫ
eſt qᷦ fit ex diuerſis notulis nouum. vnde cāta
te dn̄o canticū nouū. Mel dicit̄ a miſcendo vn̄
pꝛohibebatur in lege ꝙ nemo i ſacrificio pone⸗
ret mel: ſed ſemper ſal. Mel eniꝫ fit ex diuerſis
generibus rerum. Homo non debet eſſe diuer⸗
ſus ſed vniformis in bono. vnde vinū ⁊ ſincerā
non bibet. ſi etiam ſumitur hic vinū in mala ſig⸗
nificatione. vinū fit ex vno genere rerum. illi qͣs
bibunt qui tale quid faciunt ſemper qᷦ niſi ſit
repꝛehenſibile. Sincera fit ex diuerſis generibꝰ
rerum que duo mixta vnū coꝛrūpit aliud vt de
ceruiſia aut granum coꝛrūpit aquaꝫ: aut aqua
granū. ⁊ ſincera quaſi puritate. Ille ergo bibit
ſinceraꝫ qui facit aliquid qᷦ videtur de genere
bonoꝝ cū ſit. choꝛꝰ dico colēs feſtū paſchale cū

gaudijs ſobrijs cōuenit ad coꝛpꝰ. vn̄ Sobrie ⁊
iuſte ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſeculo. Iuſte quo ad
pꝛoximū. pie qͣ ad deū. ſobrie qͣ ad noſmetipꝯ
Quo xp̄s inuictus leo: dracone ſurgēs obruto
dū voce viua ꝑſonet: a moꝛte functos excitat.
Quo ſcꝫ feſto paſcali xp̄s inuictus leo vt nar⸗
rat phiſiologꝰ. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat
catulum poſt triduū: ita pater filiuꝫ: quare dictꝰ
eſt leo. ille dico ſurgens dracone. i. dyabolo ob⸗
ruto. i. lapſo dū viua voce perſonat vt genimina
viperarum vn̄ docuit nos fugere a ventura ira
Uel generaliter poteſt legi de angelis qui viua
voce reſuſcitabunt moꝛtuos ad iudicium exci⸗
tat functos a moꝛte ſm̄ pꝛimaꝫ litteram a moꝛ⸗
te. id eſt a moꝛtali peccato. ſm̄ aliam litteram. a
moꝛte quam omnis homo habebit.
Quā deuoꝛarat impꝛobꝰ: ꝓ̃dam refudit tharta
rus captiuata te libera iheſum ſequūt̄ agmina.
Ipſe. ſ. deus refudit. i. retrofudit pꝛedaꝫ quā
thartarus. i. infernus impꝛobus. i. inſaciabilis
deuoꝛarat. i. ad ſe traxerat captiuata te libera
id eſt aie ſanctoꝝ liberare agmina ſequūt̄ iheſū
vnde illud. Quocūqꝫ pergis ⁊c̄.
Ipſum canendo ſupplices: regem ꝓ̃cemur mili
tes: vt in ſuo clariſſimo: nos oꝛdinet palatio.
Nos ſupplices. i. humiles ꝓ̃cemur ip̄m regē. i.
xp̄m nos dico milites pꝛecemur inquā xp̄m cuꝫ

prece ⁊ laudibus vt ordinet nos in ſuo clariſſi‑
mo palatio.i. in celo inter ſanctos. vñ in euãge
lio in domo patris mei manſiones multe ſunt.
Per ſecla mẽte neſcia: patri ſupremo gloria: ho
norq; ſit filio ⁊ ſpiritui paraclito amen.
Gloria ſit patri ſupremo.i.excelſo per ſecla.i.
per ſecula ⁊ eſt ibi ſincopa. gloria dico neſcia
mente.i.incõprehenſibilis poſſibilitate hũana.
Unde deꝰ regnauit ineternuz ⁊ vltra. ⁊ honor
ſit ei ſcz patri cum filio ⁊ ſpiritu paraclito amẽ
P ex eterne dñe: rex creator omniũ: qui es ⁊
ante ſecula: ſemper cum patre filius.
Omnes iſti hymni habent vnã materiam ⁊ vnã
intentionem qꝛ de paſſione xp̃i ⁊ de reſurrectio‑
ne tractant. Oſtendit enim ꝙ ſicut mortuus eſt
propter delicta noſtra ſic et reſurrexit propter
iuſticiam ⁊ iuſtificationem noſtram ⁊ cõtulit no
bis verum paſcha.i.tranſitum de terra ad celũ.
de inferno ad paradiſum. Item rogat vt ſua re
ſurrectio ſit noſtra redemptio ⁊ in paſchali tem
pore vel gaudio.i.in die iudicij defendat nos a
periculo mortis.i.a damnatione. Uel materia
huius hymni eſt vt deum deprecemur vt ſicut il
le plaſmauit adam ⁊ accepit corporis eius for
mã vt nos redimeret a poteſtate dyaboli. ⁊ iũge
ret nos deo prĩ: ita liberet nos ab omni delicto

in hoc paſcali gaudio. et hoc eſt. O dñe eterne
rex quia in omni tempore es rex regum tu dico
creator omnium rerum. et qui ſemper es filiꝰ cũ
patre ante ſecula.i.ante mundi ꝯſtitutionem.
Qui mundi in primordio: adam plaſmaſti ho‑
minem: cui tue ymagini: vultuz dediſti ſimilem.
Qui plaſmaſti hominẽ vel formaſti de nihilo
in primordio. id eſt in principio mundi cui tue
ymagini.id eſt ade dediſti vultum ſimilem. id ẽ
mentem ſimilem per rationem vultus tui.
Quem dyabolus deceperat: hoſtis humani ge‑
neris: cuius tu formam corporis: aſſumere dig‑
natus es.
Quem adam ſcz dyabolus hoſtis.i.inſidiator
humani generis vel hoſtis qꝛ nos in adam de‑
ceperat. ideo tu formam ade dignatus es aſſu‑
mere. vt ſic nos redimeres. et hoc eſt cuius ade
dignatus es aſſumere corporis formam.
Ut hominez redimeres: quẽ ante iaz plaſmaue
ras ⁊ nos deo ꝯiungeres: per carnis ꝯtuberniũ
Dico ꝙ dignatus es formam ſerui tui accipe
re ad hoc vt redimeres hominem ſcilz adam et
alios. quem hominem iam ante plaſmaueras ⁊
nos redimendo coniungeres deo patri per con
tubernium.i.per vnionem vel per habitaculuz
vel per ꝯiunctionem carnis.i.humanitatis.

Quem edituʒ ex virgine: paueſcit omnis aīa:ꝑ
quē ⁊ nos reſurgere:deuota mente credimus.

Quem editum.i.natum ex virgine maria oīs anima.i.omnis ſpiritus rationalis paueſcit.i. miratur per quem te credimꝯ reſurgere nos duʒ veneris iudicare viuos ⁊ moꝛtuos deuota mente.id eſt bona operatione.

Qui nobis per baptiſmum:donaſti indulgentiam:qui tenebamur vinculis:ligati conſcientie.

O tu xp̄e qui donaſti nobis.ſ. omnibus velle credentibꝯ pie ⁊ quid:indulgentiam oꝛiginalis peccati.i.remiſſionem per baptiſmum qui tenebamur ligati vinculis conſcientie.

Qui crucem pꝛopter hominē:ſuſcipere dignatꝰ es: dediſti tuū ſanguineʒ noſtre ſalutis pꝛecium

Qui dignatus es ſuſcipere crucem.i.paſſionē crucis pꝛopter hominem dediſti tuuʒ ſanguinē ſcilicet pꝛecium noſtre ſalutis.qꝛ cum ſanguine tuo emiſti nos et redemiſti.

Queſumꝯ auctoꝛ omniū:in hoc paſcali gaudio ab omni moꝛtis impetu:tuum defende populū

Et qꝛ tot ⁊ tāta feciſti ꝙ nos a moꝛte liberaſti ideo o auctoꝛ omnium reruʒ queſumus.i.rogamus te in hoc paſcali gaudio.i.in tua reſurrectione defende.i.ptege populum tuū a peccato redēptū.ab oi moꝛtis impetu.i. ab oi periculo.

a uroꝛa lucis rutilat:celum laudibus intonat:mundus exultans iubilat: gemens infernus vllulat.

Materia huius hymni eſt laudare deuʒ ⁊ extirpare vicia ⁊ adherere virtutibus.Et nota ꝙ eccleſia dicitur auroꝛa⁊ quia auroꝛa expellit tenebras:ita eccleſia penitus extirpat vicia ⁊ peccata.Auroꝛa diei quia xp̄s reſurrexit:celeſtes creature intonant laudibus ⁊ homines exultantes laudant.⁊ dyabolus vllulat ⁊ gemit.Expone ergo ſic.Auroꝛa lucis rutilat. id ē quādo auroꝛa pullulat ⁊ incipit dieſcere. celum. id eſt celeſtis creatura intonat.id eſt reſonat laudibus:mūdꝰ exultans iubilat.i.homines credentes in deum cantant ⁊ infernus gemens.i. dyabolus vlulat ⁊ plangit quia dolet de amiſſione eoꝛum quos tenebat moꝛtuos ſcʒ adam ⁊ alios quos ſecum deus traxit ad requiem.

Cum rex ille foꝛtiſſimꝯ:moꝛtis cōfractis viribꝯ pede ꝯculcans thartara:ſoluit a pena miſeros:

Dico ꝙ celuʒ tunc intonat laudibus:cum rex ille foꝛtiſſimus.i.xp̄us conculcans pede.i.pietate ſua thartara.i.dyabolū ſoluit.i. liberauit miſeros homines a pena dyaboli.et hoc ꝯfractis viribus moꝛtis.id eſt dyaboli.

Jlle qui clauſus lapide:cuſtoditur ſub milite:
triūphās pompa nobili:victoꝛ ſurgit de funere

Vere confractis viribus mortis.i.dyaboli ſol
uit a pena miſeros homines.quia ille qui clau
ſus eſt lapide.i.monumento cuſtoditur.i.vigila
tur ſub milite.i.ſub militibus ſingulare pro plu
rali per ſinodochen.triumphās.i.vincens pom
pa nobili.i.victoria.quia tunc animas ab infe
ris extraxit ⁊ ſurgit.id eſt ſe ſurſum erigit de fu-
nere.id eſt de morte.

Solutis iam gemitibus:⁊ inferni doloribꝰ: qꝛ
ſurrexit dñs reſplendens clamat angelus.

Accipe de predicto verſu xp̄us erat victor ſolu
tis iam gemitibus ⁊ inferni doloribus angelus
reſplendens.id eſt valde nitens clamat dicens
mulieribus.Ite dicite diſcipulis eius⁊ petro qꝛ
ſurrexit dominus.

Triſtes erant apoſtoli de nece ſui dñi:quem/pe
na mortis crudeli ſerui damnarant impij.

Ita dixerunt angeli mulieribꝰ ⁊ apoſtoli erāt
triſtes de nece.i.de morte ſui domini quem do-
minum ſerui impij.i.iudei damnarant.i.damna
uerant crudeli pena mortis.

Sermone blando angelus:predixit mulieribus
in gallileam dñs/videndus eſt quantotius.

Et qꝛ apoſtoli erāt triſtes d̄ nece ſui dñi. ideo
angelꝰ predixit mulieribꝰ blādo ſermone dñs vi
dendꝰ ē in gallileā a nobis quātotius.i.ſubito

Ille dum pergunt concite apoſtolis hoc dicere
videntes eum viuere oſculantur pedes dñi.

Ille mulieres dum pergunt concite.i.ſollicite
dicere hoc apoſtolis videntes euꝫ viuere.i.xp̄m
oſculantur pedes domini. id eſt locum vbi po-
ſuerunt eum perfidi iudei.

Quo agnito diſcipuli in gallileam propere per
gunt videre faciem deſideratam dñi.

Quo agnito.i.a quo audito qꝛ ſurrexit domi
nus:diſcipuli.i.apoſtoli pergūt propere.i.feſti-
nanter in gallileam videre faciem domini deſi-
deratam ſcꝫ ab eis.

Claro paſcali gaudio:ſol mūdo nitet radio:cū
xp̄m iam apoſtoli viſu cernunt corporeo.

Sol nitet.i.ſplendet radio ſuo mundo in paſ-
cali gaudio claro cum.i.quando apoſtoli cer-
nunt iam xp̄m viſu corporeo.

Oſtenſa ſibi vulnera in xp̄i carne fulgida reſur
rexiſſe dominum voce fatentur publica.

Diximus ꝙ tunc apparuit diſcipulis:ſed qui
dam illorum ſcꝫ thomas nō credidit. Unde do
minus oſtendit ei ſua vulnera:et ait.noli eſſe in
credulꝰ ſed fidelis. Et nota ꝙ quatuor de cau-
ſis cicatrices vulnerum oſtendit dominus ſcilꝫ
vt eſſet ſignū victorie. vt deinceps de reſurrecti
one non dubitarent.qui crediderunt illud fan-

taſticum corpus accepiſſe aut vt eſſet ad patreȝ
interceſſio. Conſtru. Oſtenſa ſibi vulnera.i.oſtē
ſis vulneribus ſibi.i.apoſtolis et fulgida carne
xp̄i illi apoſtoli fatentur.i.predicant voce pub-
lica.i.manifeſta dn̄m ſurrexiſſe.
Rex xp̄e clementiſſime:tu corda noſtra poſſide
vt tibi laudes debitas reddamꝰ omni tēpore.
O xp̄e tu dico clemētiſſime rex.tu poſſide.id ē
guberna corda noſtra.i.mentes ſimul cum cor-
poribus vt reddamus.i.perſoluamus ad hono
rem tuum omni tempore laudes tibi debitas.
a d cenam agni prouidi:⁊ ſtolis albis cādi-
di:poſt tranſitum maris rubri: chriſto ca
namus principi.
Materia huiꝰ hymni eſt ꝙ nos inuocat auctor
ad cenam agni illius qui tollit peccata mundi
ſcȝ ad accipiendum corpus ⁊ ſanguinem domi
ni de quo dictū eſt. Qui ſumit corpꝰ xp̄i indigne
iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit. Qui vero digne:
habet vitaȝ eternam. Nos ꝟo poſiti ad cenam
agni prouidi.agni.i.ad accipienduȝ corpus et
ſanguinē dn̄i.vel ad vltimū preceptū xp̄i. qꝛ ſi-
cut poſt cenā nullū reſtat prādiū: ita poſt nouū
teſtamentū nullū reſtat preceptū. ad cenā agni
prouidi ⁊ agni candidi ſtolis albis.i.cū ꝟtutibꝰ
canamꝰ principi xp̄o.i.laudemꝰ eū de reſurrecti

one poſt trāſitum maris.id eſt poſt baptiſmum
vel poſt gloriam reſurrectionis.
Cuius corpꝰ ſanctiſſimū:in ara crucis torriduȝ
cruore eius roſeo:guſtando viuimus deo.
Sanctiſſimū corpꝰ cuiꝰ xp̄i torridū.i.crematū
qꝛ paſſuȝ in ara crucis guſtando.i. ſuſcipiendo
cuȝ roſeo cruore viuimus deo ꝓtecti.i. defenſi.
Protecti paſche veſpere: a deuaſtante angelo:
erepti de duriſſimo:pharaonis imperio.
Dico ꝙ viuimꝰ deo protecti.i. defenſi vel ſer-
uati veſpere paſche.i. vltima etate ab angelo
deuaſtante.id ē percucienti primogenita egipti
erepti.id eſt liberati de duriſſimo imperio pha-
raonis.id eſt dyaboli.
Jam paſcha noſtrū xp̄s eſt:qui imolatꝰ agnus
eſt:ſinceritatis azima:caro eius oblata eſt.
Conſtrue.xp̄us eſt iam noſtrum paſcha. id eſt
tranſitus de vicijs ad virtutes.qꝛ xp̄us eſt agnꝰ
id eſt paciens immolatus pro omnibus nobis.
Vel ſic qꝛ xp̄s imolatus pro nobis ē agnꝰ ſince
ritatis.i.puritatis.caro eius oblata.i. ſacrifica
ta eſt azima.i.ſine fermento: vel ſine amaritudi
ne. Azima dꝛ ab a qd̄ ē ſine ⁊ zima qd̄ ē fermētū
vl' amarum.inde azima q̄ſi ſine amaritudine.
O vere digna hoſtia:ꝑ quā fracta ſunt tharta-
ra:redēpta plebs captiuata: reddita vite p̄mia

O vere digna hoſtia.i. ſacra per quam ſcilicꝫ
hoſtiam thartara ſunt fracta ⁊ per quaꝫ plebs
captiuata.i.anime ſanctorum ſunt redempte.et
p quā p̄mia vite eterne ſunt reddita vita eterna
Cuꝫ ſurgit xp̄s tumulo:victor redit de baratro
tirannū trudens vinculo:⁊ reſerans paradiſuꝫ
Cum.i.quando xp̄s ſurrexit tumulo.id ē de ſe
pulchro victor redit de baratro.i. de fouea in-
ferni trudens.i.claudens tirannum.i.dyaboluꝫ
cum vinculo.i.cum poteſtate ſua ⁊ reſerans pa
radiſuꝫ fidelibus tuis qꝛ tua miſericordia hoc
feciſti ideo rogamꝰte. Queſumꝰ auctor oīm ⁊c.
e terne rex altiſſime: redemptor ⁊ fidelium:
quo mors ſoluta deperit datur triumphꝰ
gracie.
O eterne rex altiſſime ⁊ redemptor fideliū quo
id eſt per quem mors ſoluta deperit.i.deſtructa
extitit.perijt inquaꝫ mors eterna.i.deſcenſ9 ad
inferna quia ſancti illic modo non deſcendunt
vt ante paſſionem xp̄i triumph9.id eſt victoria
gracie datur iam glorificatis in anima ⁊ corpo
re ⁊ glorificandis in reſurrectione.
Scādens tribunal dextere patris poteſtas oīm
collata eſt ihesu celitus que non erat humanitꝰ
Tu es ſcandens.i.aſcendens tribunal.i.ſedēs
dextere patris.i.ad equalitatem patri poteſtas

omnium rerum eſt collata.i.attributa ihesu ſcꝫ
xp̄o et hoc celitus.i.diuinitus poſſumus dicere
ꝙ ſolus eſt ad dexteram patris.ceteri ordines
ſanctorum ad ſiniſtram reſpectu claritatis filij
que poteſtas non erat ei collata humanitus.id
eſt ꝙdiu vel quando erat in mundo.
Ut trina rerum machina:celeſtium terreſtriū:et
infernorum condita:flectant genu iam ſubdita
Dico ꝙ poteſtas datur diuinitus xp̄o que nō
erat humanitus.ſ.vt trina rerum machina ſcilꝫ
celeſtiuꝫ terreſtriuꝫ ⁊ infernorum.condita ad te
flectant genu iam ſubdita.i.flectētes genua.ce-
leſtes terreni ⁊ infernales ſunt ſubdita.id ē hu-
miliata tibi.id eſt ad honorem tui.
Tremunt videntes angeli:verſa vice mortaliuꝫ
culpat caro purgat caro:regnat deus dei caro
Angeli videntes humanam formam vel natu
ram tremunt.i.mirantur.ſ.qꝛ videbant humanā
naturam per ipſum.i.per xp̄m.i.ad dexteraꝫ pa
tris collocatam ⁊ exaltatam.⁊ hoc vice ꝟſa mor
talium quia tremebant ⁊ mirabantur. Et nota
ꝙ ante natiuitateꝫ xp̄i angeli ab hominibus ſe
adorari patiebantur ſed non poſtea ſicut legi-
mus de iohāne qui cum vellet angeluꝫ adorare
inquit angelus iohāni. Noli me adorare ſeru9
tuus enim ſum ⁊ fratruꝫ tuoꝝ. Caro ade culpat

nos.i.ꝑ adaȝ in peccatũ cadim9.Caro xp̄i pur
gat nos.i.ꝑ xp̄m de vicijs ad ꝟtutes ſurgimus.
Caro dei.i.de9regnat qꝛ xp̄us deus ⁊ homo.
Tu eſto noſtrum gaudiuȝ:manens olimpo per
ditum mundi regis qui fabricaȝ mundana vin
cens gaudia.
O xp̄e tu eſto noſtrum gaudium manens per
ditum.i.nobis paratuȝ honoꝛatuȝ vel ſublima
tuȝ olimpo.i.in celo tu qui regis.i.gubernas fa
bricam mundi vincens mundana gaudia.
Hinc te pꝛecantes queſum9:ignoſce culpis om
nib9:⁊ coꝛda ſurſum ſubleua.ad te ſup̄na gr̄a.
Quaſi diceret d̄ſpexiſti gaudia mundi.⁊ hinc
nos pꝛecantes queſum9.i.depꝛecamur te ignoſ
ce culpis omnibus.i.dimitte nobis peccata nr̄a
⁊ ſubleua.id eſt ſurſum leua coꝛda ad te ſuper
na gracia.i.pꝛo ſumma miſericoꝛdia.
Ut cũ rubente ceperis:clarere nube iudicis:pe
nas repellas debitas:reddas coꝛonas ꝑditas.
Nos queſum9te vt cum.i.quando nubes iudi
cis.i.xp̄i ceperit clarere repente.Uel alia littera
Ut cum.i.quando ceperis clarere.i. fulgere nu
be iudicis.i.xp̄i rubente.i.clareſcente.i.deo ip̄o
adueniente a nobis repellas penas debitas ꝑ
adam.et reddas. id eſt tribuas per graciam co
ronas perditas per culpam.inuentam et colla

tam ſm̄ meritum per graciam quia non neceſſi
tate cogente ſed a voluntate.id eſt gratis a moꝛ
te liberauit et ſaluauit.
Gloꝛia tibi dn̄e:qui ſcādis ſupꝛa ſydera:cū pa
tre ⁊ ſancto ſpiritu:in ſempiterna ſecula amen.
O dn̄e iheſu xp̄e qui ſcādis ſup oēs celos glo
ria ſit.i.laus ⁊ honoꝛ ſit tibi cū patre⁊ ſācto ſpi
ritu in ſempiterna ſecula amen.i.ſine defectu.
i heſu noſtra redemptio:amoꝛ ⁊ deſideriuȝ
de9creatoꝛ omniū:homo in fine tēpoꝛum
O iheſu noſtra redēptio.tu dico amoꝛ ⁊ deſi
derium noſtrum.i.amoꝛ deſiderabilis de9 crea
toꝛ omnium qui es in fine tempoꝛū fact9homo
Unde deus ⁊ homo ⁊ hoc tamē vltima etate.
Que te vicit clementia: vt ferres nr̄a crimina:
crudelē moꝛtē patiens: vt nos a moꝛte tolleres
Que.i.quanta clementia.i.pietas vicit.i.com
pulit: vt ferres.i.poꝛtares vl̄ deleres noſtra cri
mina ſcȝ peccata tanꝙ patiens crudeleȝ moꝛtē
crucis pꝛo peccat noſtris. Et quare vt tolleres
id eſt liberares nos a moꝛte.i.a dyabolo.
Inferni clauſtra penetrās: tuos captiuos redi
mēſ:victoꝛ triūpho nobili:ad dextrā pr̄is r̄ſidēs
Tu penetrās.i.frangens clauſtra inferni.redi
mēs ſanguine tuo captiuos qui tenebant̄ iuſte
in inferno reſidens ad dexteraȝ patris manens
victoꝛ triumpho nobili.i.mirabili victoꝛia.

Ipſa te cogat pietas: vt mala noſtra ſuperes: parcendo voti compotes: nos tuo vultu facies

Ipſa pietas que coegit te vt ſubires mortem crucis cogat.i.fictat te vt ſuperes noſtra mala id eſt dimittas nobis debita noſtra ⁊ facies nos compotes noſtri voti.id eſt deſiderij tuo vultu id eſt tua preſentia.

Tu eſto noſtrum gaudium: qui es futurꝰ pm̄iū ſit noſtra in te gloria: ꝑ cuncta ſemꝑ ſecula amē

Et tu qui es futurus noſtrum premiuꝫ eſto noſtrum gaudium.id eſt in preſenti et in futuro.et noſtra gloria.id eſt laus ſit in te ſemper.i.in omni tempore per cuncta ſecula amen.

V eni creator ſpiritus: mentes tuorum viſita imple ſuperna grā: que tu creaſti pectora

Materia huius hymni eſt ſpiritꝰ ſanctus queꝫ pater ⁊ filius promiſerat quando dixit ioeli. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Filius promiſit quando dixit. Si aſſumptꝰ fuero in celum mittam vobis paraclitum. ⁊ apoſtolis orantibus in hora tertia mundus tonuit et ſubito venit ſpiritus ſanctus. ⁊ apoſtoli inflammati ſpiritu ſancto diuerſi loquebātur linguis magnalia dei. Intentio eſt rogare deum vt purget pectora noſtra ſuperno ſplendore ⁊ illuminet gracia ſpiritus ſancti ⁊ expellat a nobis viſibiles ⁊ inuiſibiles hoſtes vt habeamus vitam permanentem cū ipſo. O creator ⁊ o ſancte ſpiritꝰ dei veni ⁊ viſita mētes tuoꝝ fideliuꝫ. ⁊ veniēdo imple pectora ſuꝑna grā q̄ tu creaſti.i.feciſti

Qui paraclitus diceris: donuꝫ dei altiſſimi: fōs viuus ignis caritas: ⁊ ſpiritalis vnctio.

Qui paraclitus.i.conſolator diceris donū dei altiſſimi ⁊ diceris fons viuus de quo non cōmunicat alienꝰ. Vel fons aque ſalientis in vitam eternam. ⁊ diceris ignis q2 corda hominū ad dilectionem dei ⁊ proximi accendis. ⁊ vicia.i.peccata ꝯſumis. ⁊ diceris caritas: q2 facis diligere deum ⁊ proximuꝫ.et diceris ſpiritalis vnctio q2 de ſpirituali vnctione.i.de ſpiritu ſancto vngis corda hoīm. vt humilientur in baptiſmo.

Tu ſeptiformis gracie: dextre dei tu digitus tu rite promiſſum patris ſermone ditans guttura

Tu es donū ſeptiformis gracie.i.propter ſeptiformem grām. Septē ſeniꝫ ſunt dona ſpiritus ſancti. ſpiritus ſapientie ⁊ intellectꝰ: ſpiritꝰ cōſilij ⁊ fortitudinis. ſpiritꝰ ſcientie ⁊ pietatis ⁊ amoris. Tu es digitus.i.potētia dextre dei q2 ſicut modi digitorum ſunt varij: ita varia ſunt dona ſpiritꝰ ſancti. ⁊ tu es promiſſum patris recte ditans.id eſt faciens diuites guttura vel pectora ſermone rite.i.amore ſolito promiſſo patris.

148

Accende lumen ſenſibus:infunde amorem cordibus:infirma noſtri corporis: virtute firmās perpetim.

Et tu qui operaris omnia accende lumen ſenſibus.i. mentibus noſtris. et infunde cordibus noſtris amorem.i.dilectioneꝫ dei firmans infirma.i.debilia noſtri corporis perpetim.i.ꝑhēniter vel perpetue:ꝟtute.i.mirabiliter cū ꝟtute ꝑpetua ⁊ ſemꝑ nos firmans.i.protegens.

Hoſtem repellas longiꝰ pacēqꝫ dones protinꝰ ductore ſic te preuio:vitemus omne noxium.

Repellas hoſtem longius.i.remoueas cū procul a nobis ⁊ dones pacē protinꝰ.i.cito vitemꝰ omne noxiū.i.peccatū ſic:te preuio.i.ductore.

Per te ſciamꝰ da patrē:noſcamus atqꝫ filiuꝫ:te vtriuſqꝫ ſpiritum:credamus omni tempore.

Da o ſancte ſpiritus vt per te ſciamꝰ patrem atqꝫ noſcamus filium et credamꝰ te vtriuſqꝫ ſpiritum.id eſt procedentem a patre et filio omni tempore amen.

i am chriſtus aſtra aſcenderat:regreſſus vnde venerat:promiſſa patris munera: ſanctum daturus ſpiritum.

Materia huiꝰ hymni eſt eadem que in premiſſo ſpiritus.i.conſolator vel aduocatus dicitur qꝛ conſolatur nos cum ſumꝰ in peccatis trahendo

nos ad celeſtem patriam ipſe ſpiritꝰ ſanctus cū ſplēdore feruēti apparuit diſcipulis ſuis qꝛ ſermo igneꝰ futurꝰ erat. idō in ignea lingua eis apparuit.quia fecit eos ardentes in dilectione dei ⁊ proximi:⁊ perito ſermone affluentes.⁊ hoc eſt xp̄us aſcenderat iam ſm̄ humanitatem aſtra.i. celos.xp̄us dico regreſſus.i.reuerſus vnde venerat daturus apoſtolis munera promiſſa patris id eſt ſpiritum ſanctum.

Sollēnis vrgebat dies:quo miſtico ſeptēplici: orbis volutus ſepcies:ſignat beata tempora.

Sollēnis.i.feſtiualis dies vrgebat.id ē feſtinabat vel imminebat.ſepcies ſeptem que ſunt.xl. ⁊ nouem et vno addito quinquaginta.Per.vij intelligimus temporalia.i. corporalia per que ſeptem totum tempus vite noſtre voluitur in q̄ debemus liberari a peccatis:vt perueniamꝰ ad illam beatitudinem que intelligitur per vnum ⁊ xl.dies in quibus ieiunare debemus vt peruenire poſſumꝰ ad diem ſabbati.i. ad requiem quo die miſtico.i.figuratio ſeptemplici.i. per figurā ſeptemplicem orbis.i.ſeptimana volutus ſepcies.i.per.xl.⁊ nouem dies ſignat beata tempora ſcꝫ futura.i.eternam requiem.

Duꝫ hora cunctis tertia repente mundus intonat orantibus apoſtolis deum veniſſe nunciat.

Et qꝛ xp̄us aſcenderat dum hoꝛa tertia vide-
batur eſſe cunctis.i.omnibus apoſtolis mundꝰ
intonat repente.id eſt ſubito ⁊ ille ſonus vł mū
dus nunciat deum veniſſe oꝛantibus apoſtolis
id eſt ſimul in vnum locum cōgregatis ⁊ oꝛanti
bus ⁊ expectantibus pꝛomiſſionē domini ſui ſcꝫ
xp̄i.cū ipſe de illa pꝛomiſſione eis ante aſcenſio
nem locutus fuiſſet dicēs.Vado ⁊ venio ad vos
⁊ mittam vobis paraclituꝫ.i.conſolatoꝛem qui
docebit vos omnem veritatem. Et ita facti per
fectioꝛes in omni ſcientia erāt:quia diuerſa ge
nera linguarum loquebantur: et pꝛedicabant
magnalia dei.

De patris ergo lumine decoꝛus ignis almus ē
qui fida xp̄i pectoꝛa caloꝛe verbi compleuit.

Et quādoquidem pater miſit ſpirituꝫ gꝰ ignis
id eſt ſpiritꝰ decoꝛus.i.pulcher eſt almꝰ de lumi
ne patris qui ſpiritꝰ cōpleuit.i.vt haberent ſci-
entiam loquēdi pectoꝛa apoſtoloꝝ vel hominū
fida.i.fidelia xp̄i.⁊ hoc cum caloꝛe.i.ardoꝛe ſpi
ritus ſancti verbi ⁊ filij.

Impleta gaudent viſcera:afflata ſancto ſpiri-
tu:voces diuerſas intonāt:fant̄ dei magnalia.

Viſcera apoſtoloꝝ impleta.i.ſaciata gaudent
quia fecit eos loquentes et etiam ardentes in
amoꝛe et afflata. id eſt aſpirata ſpiritu ſancto

intonant diuerſas voces.i. generationes omni
um linguarum ⁊ fatentur vel fantur magnalia
dei.i.mirabilia dei.i.pꝛedicant nomen.

Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris
cūctiſq; admirātibꝰ:linguis loquūtur omnibꝰ

Ex omni gente.i.ex omnibus gentibus cogni-
ti ſunt apoſtoli ſcilꝫ a grecis.latinis. barbaris
cunctiſq; admirantibꝰ apoſtoli loquūt̄ linguis
omnibus.que ſunt.xl.⁊ decem.

Judea tunc incredula:veſana toꝛuo ſpiritu:ru
ctare muſti crapulaꝫ:alumpnos xp̄i concrepat.

Ita loquebantur ⁊ omnes admirabantur ſic
loquentes ⁊ credunt deum in eis eſſe. ſed iudea
increpat eos.i.plebs iudeoꝛum incredula. id ē
infidelis.illa dico veſana.id ē inſana toꝛuo ſpi
ritu.i.ſuperbo ꝯcrepat alumpnos.i. diſcipulos
xp̄i ructare crapulam muſti.i.cōterminat loqui.

Sed ſignis ⁊ v̓tutibus:occurrit ⁊ docet petrus
falſos pꝛobauit perfidos: iohelis teſtimonio.

Eſtimabant iudei q̄ pꝛe nimio potu muſti.i.ꝑ
ebrietatem apoſtoli taliter loquebantur ſed pe
trus occurrit ſignis.i.miraculis ⁊ virtutibus do
cet.i.pꝛobat perfidos iudeos ꝓbauit loqui fal-
ſa iohelis pꝛophete teſtimonio. pꝛobauit enim
iohel ſic.Effundam de ſpiritu meo ſuper omnē
carneꝫ.⁊ pꝛophetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre.

Sit laus patri cuꝫ filio: ſancto ſimul paraclito
nobiſq; mittat filius cariſma ſancti ſpirit⁹ amen
Laus ſit patri cuꝫ filio ſimul ⁊ ſancto paracli
to. id eſt ſpiritui ſancto et mittat nobis omnib⁹
fidelibus cariſma. id eſt donum ſpiritus ſancti.
vel graciam ſpiritus ſancti.

b eata nobis gaudia: ãni reduxit orbita: cũ
ſpiritus paraclitus: effulſit in diſcipulos.

Materia huius hymni eſt ſpiritus ſanctus quẽ
pater ⁊ filius promiſerunt ioheli dicens. Effun
dam de ſpiritu meo ſuper omnem carneꝫ. ⁊ pro
phetabunt filij veſtri ⁊ filie veſtre. ⁊ filius dixit.
Si aſſumptus fuero a vobis in celum mittã vo
bis paraclitum. ⁊ apoſtolis orantibus mundus
intonat. ⁊ venit ſpiritus ſanctus in ſpecie ignis
quo apoſtoli inflãmati loquebantur magnalia
dei varijs linguis. Queritur hic vtrum filius
ſit a patre non factus ſed genitus ex preiacenti
materia: dico ex ſubſtantia patris ⁊ non ex aliq̃
ſed a patre. Similiter dico ex proceſſione ſpiri-
tus ſancti. qꝛ fit ex patre ⁊ filio et de ſubſtantia
vtriuſq; coequalis eis ⁊ nõ ex aliquo factus nec
ex nihilo. Conſtru. orbita. id ẽ reuolutio anni re
duxit nobis beata gaudia: cum ſpiritus paracli
tus effulſit. i. reſplenduit in diſcipulos.

Ignis vibrante lumine: lingue figuram detulit
verbis vt eſſent proflui: ⁊ caritate feruidi.

Conſtru. Ignis. i. ſpirit⁹ ſanctus cuꝫ ſplendo
re feruente apparuit diſcipulis quia ſermo eoꝝ
futurus igneus erat ⁊ ideo in lingua ⁊ igne ap-
paruit quia fecit eos ardentes in dilectione dei
⁊ proximi ⁊ pariter ſermone affluentes q̃d dicit̃
hic. Ignis. i. ſpirit⁹ ſanctus detulit figuram lin
gue vibrante. i. feruente lumine ſuo. i. ſplendore
vt illi apoſtoli ⁊ diſcipuli eſſent proflui. i. fecun
di ⁊ loquẽtes varijs linguis. i. varijs verbis fer
uidi. id eſt calidi caritate.

Linguis loquũtur omniũ: turbe pauẽt gẽtiliuꝫ
muſto madere deputãt: quos ſpirit⁹ repleuerat

Illi apoſtoli loquũtur linguis omniũ et ideo
turbe gentilium pauent. i. mirantur et turbe ille
deputant. i. valde putant madere. i. habundare
muſto. id ẽ vino illos quos ſpirit⁹ ſanctus ſuo
ſplendore repleuerat.

Patrata ſũt hec miſtica paſche peracta tempo-
re ſacro dieruꝫ numero quo lege fit remiſſio.

Cum filij iſrael. xl. ⁊. ix. annis per deſertum er-
raſſent in quinquageſimo anno iuxta montem
ſinay cum fulgore ⁊ tonitruo legem acceperũt.
Item in lege moyſi. filij iſrael emebant ſeruos
⁊ ancillas ⁊ agros: ⁊ poſſidebãt. xl. ⁊. ix. ãnos in
quinq̃geſimo ãno oẽs liberabãtur. inde dꝛ ãn⁹
iubileus. i. remiſſionis ⁊ ſignificat octauã diem

reſurrectionis in qua omnes liberati erunt ſer-
uitute dyaboli.⁊ hec eſt miſtica ⁊ figuratiua ſūt
patrata.i.completa peracto.i.completo tempo
re paſche ſacro numero dierum in quinquage-
nario quo numero fit remiſſio in lege moyſi.
Te nunc deus piiſſime: vultu precamur cernuo
illapſa nobis celitus: largire dona ſpiritus.
O piiſſime deus precamur te nunc.i.in preſen
ti vultu cernuo.i. prono largire dona ſpiritus
ſancti illapſa nobis celitus.i. diuinitus infuſa.
V t queant laxis reſonare fibris: mira geſto
rum famuli tuorum: ſolue polluti labii re
atum ſancte iohannes.
Hymnus iſte vitam ⁊ mores habitum ⁊ conuer
ſationez ſancti iohānis baptiſte deſcribit. orās
⁊ perſuadens vt eius conſuetudinem imitemur
vt ad eius beatitudinem peruenire mereamur.
O ſancte iohannes ſolue.i.relaxa reatum labii
id eſt oris polluti.i.inquinati vt famuli tui que
ant.i.poſſint reſonare mira.i.miracula geſtorū
tuorum.i.factorum: fibris.id eſt venis laxis.id ē
reſolutis vel apoſtolis vocibus.
Nuncius celſo veniens olimpo: te patri magnū
fore naſciturum: nomen ⁊ vite ſeriem gerende:
ordine promit.
Nuncius celſo eſt veniens olimpo.i. de celo.ſ.

angelus gabriel veniens olimpo promit.i.nun
ciat te fore magnū naſciturum patri tuo zacha
rie ⁊ nomen tuum ſimiliter promittit. quia dixit
iohānes vocetur.⁊ promittit ſeriem.i. ordinem
vite gerende dicens. Uinum ⁊ ſincerā nō bibet
ordine.i.ſcḋm ordinem quem geſſit.
Ille promiſſi dubiꝰ ſuperni: perdidit prompte
modulos loquele: ſed reformaſti genitus per-
empte organa vocis.
Ille ſcꝫ zacharias dubius.i. incredulus pro-
miſſi ſuperni.id ē celeſtis promiſſionis, perdidit
prompte modulos loquele.i.modū locutionis
Ambroſius dixit ꝙ zacharias vocem amiſerat
in conſonantibus qꝛ eas formare non poterat
ſed tu reformaſti o ſancte iohannes genitꝰ.i.na
tus organa vocis perempte.i. extincte vocis.
Uentris obſtruſo poſitus: cubili ſenſeras regez
thalamo manentem hinc parens nati meritis
vterqꝫ abdita pandit.
Et tu poſitus.i.recumbens cubili.i.ventre ma
tris tue obſtruſo.i.clauſo ſenſeras regez.i. xp̄m
manentem.i.iacentem thalamo.i. ventre marie
hinc.i.ex hoc ꝙ tu nouiſti xp̄m o iohānes parēs
vterqꝫ ſcꝫ zacharias ⁊ helizabet pandit abdita
id eſt prophetauerunt abſcondita. Pater autē
dixit. Benedictꝰ dn̄s deus iſrael ⁊ hoc nō ſuis

135

meritis: ſed filij ſcȝ iohãnis. Mater autȝ dixit Vñ eueniet mihi ꝙ mater dñi mei veniet ad me

Antra deſerti

Antra deſerti teneris ſub annis ciuium turmas fugiens petiſti ne leui ſaltem maculare vitaȝ famine poſſes.

O ſancte iohãnes tu fugiēs turmas.i.turbas ciuium petiſti antra.i.obſcuram ſpeluncam deſerti ſub teneris annis.i.in etate duodecim ãnorum ne poſſes maculare vitam ſanctam famine id eſt verbo ocioſo. Ocioſum eſt verbum quod aut vtilitate rectitudinis: aut iuſte ratione neceſſitatis caret. famine dico ſaltez leui.i.ſine bono fructu.

Prebuit hyrtum tegimen calamus artubus ſacris tropheum bidentes cui latex hauſtum ſociata paſtum mella locuſtis.

Camelus prebuit hyrtum.i.tegimen aſperum id eſt veſtimentum ſacris artubꝰ bidētes.i.oues prebuerunt tropheum.i.cingulum. cui ſcȝ iohãni latex.id eſt aqua prebuit hauſtum ⁊ cui mella prebuerunt paſtum. mella dico ſociata ſibi ⁊ locuſtis.id eſt volatilibus.

Ceteri tantum cecinere vatum corde preſago: iubar ad futurum tu quidem mundi ſcelus auferentem indice prodis.

Ceteri vatum.i.alij prophete cecinere.i.pphe

136

tauerunt tantuȝ.i.tantūmodo corde preſago.i. prouido iubar eſſe ad futurum.id eſt xp̄m venturuȝ.ſed tu diſcretus es ab alijs prophetis dicens. Ecce agnus dei ⁊c. prodis.i.oſtendis xp̄ȝ ſupple auferentem ſcelus mundi.i.peccatum indice.i.cum digito dicens. Ecce agnus dei ⁊c.

Non fuit faſti ſpaciuȝ per orbis ſanctior quiſꝙ̄ genitus iohanne qui nephas ſecli meruit lauātem tingere limphis.

Quiſꝙ̄ homo genitus non fuit ſanctior iohāne per ſpacium faſti orbis.i.ampli mundi. Vnde veritas ait. Inter natos mulieruȝ ⁊c. ſcilicȝ corruptarum mulierum. Quidam opponunt d̄ xp̄o. ſed non valet. quia de virgine natus ē. qui iohannes meruit tingere. id eſt baptiſare limphis.id eſt aquis iordanis lauantem. id ē xp̄m purgantem nephas.id eſt peccatum ſecli. id eſt ſeculi.et eſt ibi ſincopa.

O nimis felix meritiꝗ celſi: neſciens labeȝ niuei pudoris prepotens martir heremiꝗ cultor maxime vatum.

Et quoniam meruiſti xp̄m tingere limphis. tu dico o nimis felix celſi meriti. neſciēs.i. ignorās labem.i.ſordē niuei pudoris.i. pulchre caſtitat martir.i.teſtis prepotēs.i.pre alijs potēs dixiſti ecce agnꝰ dei ⁊c. vł martir.i.ꝯcollatꝰ: ⁊ cultor.i.

habitatoꝛ heremi.i. loci ſolitarij tu dico maxi-
me vatum:quia propheta ⁊ plus q̄ꝫ propheta.
Serta terdenis alios coronans aucta cremen-
tis duplicata quoſdaȝ trina centeno cumulata
fructu te ſacer ornant.

Tres ordines hic notantur ſcȝ triceſimꝰ.ſexa
geſimus.centeſimus.in quibus continentur om
nium hominum ordines ſcȝ continentes. coniu
gati.vel virgines.qui ⁊ deſignantur per tres vi
ros ſcilicȝ per noe.per danielem.⁊ per iob.Per
noe coniugati.per iob continentes.per danielē
virgines deſignantur.. Unde in euāgelio.Alij
ſunt in lecto.alij in villa.alij in agro.Hoc tra-
ctum eſt de euāgelio/vbi dicitur de ſemine acto
Aliud ſexageſimum.aliud triceſimum. aliud cē
teſimum fructum attulit. ideo dicitur hec ſerta
terdenis.Serta.i.corone terdenis.i.triginta co
ronant alios ſcȝ coniugatos qui habent ſecum
fidem trinitatis.⁊ adherent decem preceptis le
